







G. RAUTTER
WIEN



ΑΘΗΝΑΙΟΥ
ΝΑΥΚΡΑΤΙΤΟΥ
ΔΕΙΠΝΟΣΟΦΙΣΤΑΙ

ATHENAEI
NAUCRATITAE
DEIPNOSOPHISTARUM
LIBRI QUINDECIM

EX OPTIMIS CODICIBUS NUNC PRIMUM COLLATIS
EMENDAVIT AC SUPPLEVIT
NOVA LATINA VERSIONE ET ANIMADVERSIONIBUS
CUM IS. CASAUBONI ALIORUMQUE TUM SUIS
ILLUSTRAVIT
COMMODISQUE INDICIBUS INSTRUXIT

IOHANNES SCHWEIGHAEUSER
ARGENTORATENSIS
INSTITUTI SCIENTIAR. ET ART. POPULI GALLO-FRANC. SOCIUS
ANTIQUAR. LITERAR. IN SCHOLA ARGENT. PROF.

TOMUS TERTIUS.

ARGENTORATI
EX TYPOGRAPHIA SOCIETATIS BIPONTINAE
ANNO XI. (1803.)

ΑΘΗΝΑΙΟΥ
ΔΕΙΠΝΟΣΟΦΙΣΤΩΝ
ΒΙΒΛΙΟΝ ΕΒΔΟΜΟΝ.

---

p. ἘΠΙΤΕΛΟΥΜΕΝΟΥ δὲ ἤδη τοῦ δείπνου, τῶν Φα- I.
275 a γησίων ἑορτὴν συντελεῖσθαι νομίσαντες οἱ Κυνικοὶ, Phageſia & Phageſipoſia.
πάντων μᾶλλον ηὐφραίνοντο, καὶ ὁ Κύνουλκος ἔφη· Ἕως ἡμεῖς δειπνοῦμεν, ὦ Οὐλπιανὲ, λόγοις γὰρ ἑστιᾷ, προβάλλω σοι, παρὰ τίνι εἴρηται Φαγήσια ἑορτὴ, καὶ Φαγησιπόσια; Καὶ ὃς, ἀπορηθεὶς, ἐπι-σχεῖν τε κελεύσας τοὺς παῖδας τὴν περιφορὰν, καί-

ATHENAEI
DEIPNOSOPHISTARUM
LIBER SEPTIMUS.

QUUM iam ageretur coena, *Phageſiorum* feſtum (cui a *comedendo* nomen eſt) celebrari putantes Cynici, omnium maxime ſe oblectabant, & Cynulcus ait: Dum nos coenamus, ego tibi interim, Ulpiane, quoniam ſermones tibi pro epulis ſunt, quaeſtionem propono, *apud quemnam commemoretur feſtum Phageſia, & Phageſipoſia?* Et ille haeſitans, &, quamvis iam adveſperaſſet, inter-

τοι ἤδη οὔσης ἑσπέρας· Οὐ συμπεριφέρομαι, ὦ σοφώτατε. ὥστε λέγειν σοι καιρὸς, ἵνα μᾶλλον καὶ b
δειπνήσῃς ἥδιον. καὶ ὅς· Εἰ χάριν ὁμολογήσειας μαθὼν, λέξω. ὁμολογήσαντος δὲ, ἔφη· Κλέαρχος, Ἀριστοτέλους μαθητὴς, Σολεὺς δὲ τὸ γένος, ἐν τῷ προτέρῳ Περὶ Γραφῶν [1] (κρατῶ γὰρ καὶ τῆς λέξεως, διὰ τὸ σφόδρα μοι εἶναι προσφιλῆ) οὑτωσί πως εἴρηκε· „Φαγήσια· οἱ δὲ Φαγησιπόσια [2] προσαγορεύουσι τὴν ἑορτήν. ἐξέλιπε δὲ αὕτη, καθάπερ ἡ

Rhapſodorum feſtum.

τῶν ῥαψῳδῶν, ἣν ἦγον κατὰ τὴν τῶν Διονυσίων· ἐν ᾗ παριόντες ἕκαστοι τῷ θεῷ [3] οἷον τιμὴν ἀπετέλουν τὴν ῥαψῳδίαν.“ Ταῦτ᾽ εἶπεν ὁ Κλέαρχος. εἰ δ᾽ ἀπιστεῖς, ὦ ἑταῖρε, καὶ τὸ βιβλίον κεκτημένος, οὐ φθονήσω σοί· a
ἀφ᾽ οὗ πολλὰ ἐκμαθὼν, εὐπορήσεις προβλημάτων.

1 Περιγραφῶν vulgo h. l. περὶ Γρίφων (*De Griphis*) malebat Caſ. 2 φαγησιποσία editt. vett. cum mss̄tis. 3 παριόντες ἕκαστοι τῶν θεῶν edd. cum ms. *A.* παρόντες ἑκάστοις τῶν θεῶν Epit.

mittere pueros iubens circumlationem: Non recordor, inquit, o ſapientiſſime! Itaque commode facturus es, ſi tu nobis dixeris; quo copioſius etiam & libentius dein coenare potueris. Tum ille: Si gratiam mihi te habiturum, ubi id docuero, polliceris, dicam. Cui quum alter adnuiſſet, ſic ille infit: Clearchus, Ariſtotelis diſcipulus, genere Solenſis, priore libro *De Picturis* (nam ipſa verba teneo, quoniam perquam mihi carus eſt) in hunc fere modum ſcripſit: *Phagesia; alii vero Phagesiposia id feſtum vocant. Deſitum eſt autem illud celebrari, quemadmodum Rhapſodorum feſtum, quod Bacchanalium tempore agebant; quo prodeuntes ſinguli rhapſodiam canebant, veluti Deo honorem tribuentes.* Haec Clearchus ſcripſit. Quod ſi tu minus credis, amice; ipſum etiam librum, cum poſſideam, lubens tecum communicabo: e quo multa addiſcere poteris, quibus cognitis ſuppetet tibi difficilium quaeſtionum proponendarum copia. Narrat

καὶ γὰρ Καλλίαν ἱστορεῖ τὸν Ἀθηναῖον Γραμματικὴν [1] συνθεῖναι Τραγῳδίαν, ἀφ' ἧς ποιῆσαι τὰ μέλη καὶ τὴν διάθεσιν Εὐριπίδην ἐν Μηδείᾳ, καὶ Σοφοκλέα τὸν Οἰδίπουν.

Θαυμασάντων δὲ πάντων τὸ εὐπαίδευτον τοῦ Κυνούλκου, ὁ Πλούταρχος· Κατὰ τὸ ὅμοιον, ἔφη, καὶ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τῇ ἐμῇ λαγυνοφόρια [2] ἑορτή τις ἤγετο, περὶ ἧς ἱστορεῖ Ἐρατοσθένης ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ συγγράμματι Ἀρσινόη. λέγει δὲ οὕτως· „Τοῦ Πτολεμαίου κτίζοντος ἑορτὴν [3] καὶ θυσιῶν παντοδαπῶν γένη, καὶ μάλιστα περὶ τὸν Διόνυσον, ἠρώτησεν Ἀρσινόη τὸν φέροντα τοὺς θαλλοὺς, τίνα νῦν ἡμέραν ἄγει, καὶ τίς ἐστιν ἑορτή; τοῦ δ' εἰπόντος, καλεῖται μὲν Λαγυνοφόρια, καὶ τὰ κομισθέντα αὐτοῖς δειπνοῦσι κατακλιθέντες ἐπὶ στιβάδων, καὶ ἐξ ἰδίας ἕκαστος λαγύνου παρ' αὐτῶν φέροντες πίνουσιν· ὡς δ' οὗ-

II. Lagenophoria festum.

b

1 γραμματικὸν vulgo. 2 Λαγυνοφορία edd. Λαγυνοφορία mss. 3 Forf. ἑορτῶν. Dein vero πολλὰ γένη defideres.

enim idem quoque, Calliam Athenienfem *Grammaticam tragoediam* compofuiffe, e qua Euripides in Medea & Sophocles in Oedipo & carminum exemplum & argumenti tractationem fumferint.

2. Eruditionem Cynulci admirantibus cunctis, Plutarchus ait: Similiter etiam Alexandriae meâ patriâ festum aliquod agebatur, *Lagenophoria*: quod commemoravit Eratosthenes in libro cui titulus *Arfinoë*. Scribit autem in hunc modum: »Cum feftorum & facrificiorum multifaria genera, & maxime quidem in Bacchi honorem, inftitueret Ptolemaeus, interrogavit Arfinoë eum qui facram frondem geftabat, *quemnam nunc diem ageret, quodve effet illud feftum?* Qui cum dixiffet, *vocari feftum Lagenophoria: &, quae fecum quisque adtuliffet, ea hos ftramentis discumbentes coenare, & e fua quemque lagena domo*

τος ἀπεχώρησεν, ἐμβλέψασα πρὸς ἡμᾶς· συνοικία
γ', ἔφη, ταῦτα ῥυπαρά. ἀνάγκη γὰρ τὴν σύνοδον c
γίνεσθαι παμμιγοῦς ὄχλου, θοίνην ἕωλον καὶ οὐδα-
μῶς εὐπρεπῆ παρατιθεμένων. Εἰ δὲ τὸ γένος τῆς ἑορ-
τῆς ἤρεσκεν, οὐκ ἂν ἐκοπίασε δήπου τὰ αὐτὰ ταῦτα
παρασκευάζουσα ἡ βασίλεια, καθάπερ ἐν τοῖς Χου-
σίν. εὐωχοῦνται μὲν γὰρ κατ' ἰδίαν, παρέχει δὲ ταῦ-
τα ὁ καλέσας ἐπὶ τὴν ἑστίασιν.“

III. Τῶν δὲ παρόντων Γραμματικῶν τις ἀποβλέψας
εἰς τὴν τοῦ δείπνου παρασκευὴν, ἔφη· Εἶτα πῶς δει-
πνήσομεν τοσαῦτα δεῖπνα; ἴσως διὰ νυκτός· ὡς
ὁ χαρίεις Ἀριστοφάνης ἐν Αἰολοσίκωνι εἶπεν, οὕτως d
λέγων οἱονεὶ „δι' ὅλης νυκτός.“ ὡς καὶ τὸ Ὁμηρι-
κὸν ἔχει,

Διὰ νυκτὸς, per totam noctem.

Κεῖτ' ἔντοσθ' ἄντροιο τανυσσάμενος διὰ μήλων·

ἀντὶ „διὰ πάντων τῶν μήλων·“ τὸ μέγεθος αὐ-

adlata bibere; ille igitur cum discessisset, adspiciens nos regina ait: *Squalida haec contubernia fuerint: necesse est enim, tam promiscuae turbae epulum rancidas esse dapes, & incondite omnino & indecore quidlibet adponi.* Quod si genus festi placuisset reginae, non gravata illa scilicet fuisset, quin epulum ipsa parandum curasset, quemadmodum fit iis feriis quae Χόες vocantur: tunc enim privatim epulantur, & epulas praebet is qui ad convivium vocavit.«

3. Tum Grammaticorum, qui aderant, aliquis respiciens coenae adparatum: At tantam, inquit, dapum vim quo tandem pacto coenabimus? *Per noctem*, puto; quemadmodum festivus Aristophanes in Aeolosicone ait, sic dicens quasi *per totam noctem.* Quae etiam ratio est Homerici illius dicti,

Iacebat intra antrum, extentus per oves:

ubi nempe intelligendum, *per cunctas suas oves;* quo

τοῦ ἐμφανίζων. Πρὸς ὃν ὁ ἰατρὸς ἔφη Δάφνος· Ὠφε-
λιμώτερά ἐστι, φίλτατε, τῷ παντὶ σώματι τὰ νυ-
κτερινὰ δεῖπνα. τὸ γὰρ τῆς σελήνης ἄστρον πρὸς τὰς
τῆς τροφῆς ἁρμόττει πέψεις, σηπτικὸν ὑπάρχον. κα-
τὰ σῆψιν δὲ ἡ πέψις. εὐσηπτότερα γοῦν τὰ νύκτωρ
e θυόμενα τῶν ἱερείων, καὶ τῶν ξύλων τὰ πρὸς τὸ σε-
λήνιον κοπτόμενα· καὶ τῶν καρπῶν δὲ οἱ πλεῖστοι
πρὸς τὸ σελήνιον πεπαίνονται.

IV. Ὄψον, sigillatim *Pisces*:

Πολλῶν δὲ ὄντων καὶ διαφόρων τῶν παρεσκευασ-
μένων καὶ αἰεὶ παρασκευαζομένων ἰχθύων μεγέθει τε
καὶ ποικιλίᾳ, ὁ Μυρτίλος ἔφη· Εἰκότως, ἄνδρες φί-
λοι, πάντων τῶν προσοψημάτων ὄψων καλουμένων,
ἐξενίκησεν ὁ ἰχθῦς διὰ τὴν ἐξαίρετον ἐδωδὴν μόνος οὕ-
τως καλεῖσθαι, διὰ τοὺς ἐπιμανῶς ἐσχηκότας πρὸς
f ταύτην τὴν ἐδωδήν. λέγομεν οὖν ὀψοφάγους, οὐ

magnitudinem Cyclopis declarare poëta voluit. Cui Daphnus medicus respondit, dicens: Utiliores sunt, vir amicissime, omnibus corporibus nocturnae coenae. Nam lunae sidus aptum est ad alimentorum concoctionem, quippe vim habens putrefaciendi. Fit autem concoctio per putredinem. Quam ob caussam etiam celerius putrescunt victimae noctu mactatae, & ligna quae ad lunae lucem caeduntur; & plerique fructus ad lunae lucem maturescunt.

4. Cum autem ingens esset piscium numerus, qui vel adpositi erant, vel idemtidem adponebantur, cum magnitudine, tum varietate insignes, Myrtilus ait: Quamvis omnes cibi, quos cum pane comedimus, *obsonia* adpellentur, merito tamen, viri carissimi, piscis quod prae caeteris eximium edulium est, obtinuit ut solus illo nomine indigetetur ab iis qui ad insaniam usque hoc edulium adpetunt. Certe *opsophagos*, vel *obso-*

τοὺς βόεια ἐσθίοντας· (οἷος ἦν Ἡρακλῆς, ὃς τοῖς βοείοις κρέασιν ἐπήσθιε σῦκα χλωρά·) οὐδὲ τὸν Φιλόσυκον· οἷος ἦν Πλάτων ὁ Φιλόσοφος, ὡς ἱστορεῖ Φανόκριτος ἐν τῷ Περὶ Εὐδόξου· (ἱστορεῖ δ' ὅτι καὶ Ἀρκεσίλας Φιλόβοτρυς ἦν·) ἀλλὰ τοὺς περὶ τὴν ἰχθυοπωλίαν ἀναστρεφομένους. Φιλόμηλοι δὲ ἦσαν Φίλιππός τε ὁ Μακεδὼν, καὶ ὁ υἱὸς αὐτοῦ Ἀλέξανδρος, ὡς Δωρόθεός φησιν ἐν τῇ ἕκτῃ τῶν περὶ Ἀλέξανδρον Ἱστοριῶν. Χάρης δ' ὁ Μιτυληναῖος ἱστορεῖ, ὡς κάλλιστα μῆ- a
λα εὑρὼν ὁ Ἀλέξανδρος περὶ τὴν Βαβυλωνίαν χώραν, τούτων τε πληρώσας τὰ σκάφη, μηλομαχίαν ἀπὸ τῶν νεῶν ἐποιήσατο, ὡς τὴν θέαν ἡδίστην γενέσθαι. οὐκ ἀγνοῶ δὲ ὅτι ὄψον κυρίως καλεῖται πᾶν τὸ πυρὶ κατασκευαζόμενον εἰς ἐδωδήν. ἤτοι γὰρ ἑψόν ἐστιν, ἢ παρὰ τὸ ὠπτῆσθαι ὠνόμασται.

proprie, *igne paratum edulium.*

niorum heluones, non eos dicimus, qui bubulam comedunt; (qualis Hercules fuit, qui cum bubula carne ficis recentibus vefcebatur:) nec eum qui ficis delectatur, qualis Plato philofophus fuit, ut tradit Phanocritus in libro de Eudoxo: (qui etiam Arcefilam narrat uvis effe delectatum:) fed hos, qui in pifcario foro frequentes verfantur. Pomis vero delectabatur Philippus Macedo, eiusque filius Alexander, ut Dorotheus fcribit libro fexto Hiftoriarum Alexandri. Chares autem Mitylenaeus narrat, Alexandrum, quum pulcerrima mala in agro Babylonio reperiffet, naves ejs impleffe, & *pomorum pugnam* e navibus inftituiffe, ita ut iucundiffimum effet fpectaculum. Nec vero fum nefcius, graecum vocabulum ὄψον proprie fignificare quidquid igne paratur in cibum. Etenim aut idem ac ἑψὸν valet, id eft *coctum* vel *elixatum*; aut a verbo ὀπτᾶσθαι, ab *affando*, nomen habet.

Πολλῶν οὖν ὄντων τῶν ἰχθύων, οὓς κατὰ τὰς ἑκάστας ὥρας ἐνδαινύμεθα, ὦ θαυμασιώτατε Τιμόκρατες· (κατὰ γὰρ τὸν Σοφοκλέα, V.

Auctoris institutum.

b Χορὸς δ' ἀναύδων ἰχθύων ἐπεῤῥόθει,

σαίνουσιν οὐραίοισιν —

οὐ „τὴν κεκτημένην“ ἀλλὰ, τὰς λοπάδας. καὶ, κατὰ τὰς Ἀχαιοῦ δὲ Μοίρας,

— Πολὺς γὰρ ὅμιλος ποντίου

κύκλου [1] σοβῶν, ἐνάλιος θεωρία,

χραίνοντες [2] οὐραίοισιν εὐδίαν ἁλός.)

ἀπομνημονεύσω δέ σοι [3] ἃ περὶ ἑκάστου ἔλεξαν οἱ δειπνοσοφισταί. πάντες γὰρ συνεισήνεγκαν εἰς αὐτοὺς τὰς ἐκ βιβλίων συμβολάς· ὧν τὰ ὀνόματα διὰ c τὸ πλῆθος παραλείψω.

Ὅστις ἀγοράζων ὄψον, — —

ἐξὸν ἀπολαύειν ἰχθύων ἀληθινῶν,

1 κοίλου coniectaverat Casaub. 2 χραίνοντος vulgo. 3 δή σοι malis.

5. Igitur quum omne genus adfuerit Piscium, quos quolibet anni tempore comedimus, mi admirabilis Timocrates: (nam, quod ait Sophocles,

Chorus mutorum piscium adstrepebat,

qui caudis adblandiebantur, —

non, *dominae;* sed, patinis. Et, secundum Achaei Parcas,

— *Frequens enim coetus aequorei*

orbis, superbe incedens, marina pompa,

turbantes caudis tranquillitatem maris.)

commemorabo tibi quae de quoque genere disputarunt Deipnosophistae. Cuncti enim suas e libellis symbolas in commune conferebant: quorum nomina propter multitudinem loquentium non adponam.

Quisquis obsonium emturus, —

cum liceat ei veris frui piscibus,

ῥαφανίδας ἐπιθυμεῖ πρίασθαι, μαίνεται·

φησὶν Ἄμφις ἐν Λευκάδι. Ἵνα δὲ εὐμνημόνευτά σοι γένηται τὰ λεχθέντα, κατὰ στοιχεῖον τάξω τὰ ὀνόματα. Καὶ γὰρ Σοφοκλέους εἰπόντος, ἐν Αἴαντι μαστιγοφόρῳ, τοὺς ἰχθῦς ἐλλούς·[1]

Pisces ἐλλοὶ, apud Sophoclem.

Ἐφῆκεν ἐλλοῖς ἰχθύσιν διαφθοράν·

ἐζήτησέ τις, εἰ καὶ τῶν πρὸ αὐτοῦ τις τῷ ὀνόματι κέχρηται. πρὸς ὃν ὁ Ζωΐλος ἔφη· Ἐγὼ δὲ, οὐκ ὢν ὀψοφαγίστατος, (οὕτω γὰρ Ξενοφῶν ὠνόμασεν ἐν Ἀπομνημονεύμασι, γράφων οὕτως· „Ὀψοφαγίστατός τε καὶ βλακίστατος ἐστίν.“) οἶδα, ὅτι ὁ τὴν Τιτανομαχίαν ποιήσας, εἴτ' Εὔμηλός ἐστιν ὁ Κορίνθιος, ἢ Ἀρκτῖνος, ἢ ὅστις δήποτε χαίρει ὀνομαζόμενος, ἐν τῷ δευτέρῳ οὕτως εἴρηκεν· d

Ἐν δ' αὐτῇ πλωτοὶ χρυσώπιδες ἰχθύες ἐλλοὶ,

1 ἐλλοὺς edd. & sic dein ἐλλοῖς & ἐλλοί.

radiculas cupit emere, male sanus est:

inquit Amphis in Leucade. Quo autem facilius mandare memoriae possis ea quae dicta sunt, literarum ordine digeram piscium nomina. [Unam solummodo generalem quaestionem, de communi quodam piscium cognomento, praemittam.] Nam cum Sophocles, in Aiace flagellifero, *mutos* (ἐλλοὺς) dixerit *pisces:*

Proiecit (in mare) mutis piscibus perdendum:

quaesivit quidam, an etiam e vetustioribus aliquis eodem nomine esset usus? Cui Zoilus respondit: Ego vero, qui quidem non sum obsoniorum avidissimus, (ὀψοφαγίστατος: sic enim Xenophon dixit in Memorabilibus, ita scribens: *Obsoniorum avidissimus lurco est, & homo inertissimus.*) memini, Titanomachiae auctorem, sive Eumelus is fuerit Corinthius, sive Arctinus, sive quocumque nomine adpellari gaudeat, libro secundo sic scripsisse:

In mari fluitantes chrysopides pisces muti, (ἐλλοὶ,)

νήχοντες παίζουσι δι' ὕδατος ἀμβροσίοιο.

e Ἔχαιρε δὲ Σοφοκλῆς τῷ Ἐπικῷ κύκλῳ, ὡς καὶ ὅλα δράματα ποιῆσαι κατακολουθῶν τῇ ἐν τούτῳ μυθοποιΐᾳ.

VI. Αμια, piscis.

Παρατεθεισῶν οὖν ἈΜΙΩΝ, ἔφη τις· Ταύτας, Ἀριστοτέλης ἱστορεῖ, τὰ μὲν βραγχία ἔχειν καλυπτὰ, εἶναι δὲ καρχαρόδοντας, καὶ τῶν συναγελαζομένων καὶ σαρκοφάγων· χολήν τε ἔχειν ἰσομήκη τῷ ἐντέρῳ, καὶ σπλῆνα ὁμοίως. Λέγεται δὲ, ὡς θηρευθεῖσαι προσανάλλονται, καὶ ἀποτρώγουσαι [1] τὴν ὁρ-
f μιὰν ἐκφεύγουσιν. Μνημονεύει δ' αὐτῶν Ἄρχιππος ἐν Ἰχθύσι, λέγων οὕτως·

ὅτε δ' ἤσθιες ἀμίας παχείας.

καὶ Ἐπίχαρμος δ' ἐν Σειρῆσι·

[A.] Πρωῒ μέν γ' ἀτενὲς ἀπ' ἀοῦς
ἀφύας ἀποπυρίζομες

1 ἀποτραγοῦσαι edd.

natando ludebant per aquas ambrosias.

Delectabatur autem Sophocles Epico Cyclo, ita quidem ut integra etiam dramata composuerit, in quibus fabulas in illo descriptas adcurate secutus est.

6. Igitur quum adpositae essent AMIAE, dixit nonnemo: Has, Aristoteles tradit, habere branchias tectas, dentes vero serratos: esseque ex genere gregalium piscium & carnivororum: fel eis esse longitudine par intestino, pariterque splenem. Captas, narrant, sursum prosilire, arrosâque lineâ aufugere. Mentionem harum facit Archippus, in Piscibus, sic scribens:

Quum vero amias comederes pingues.

Et Epicharmus, in Sirenibus:

A. *Mane quidem statim ab aurora aphyas torrebamus*

στρογγύλας, καὶ δελφακίνας ὀπ-
τὰ [1] κρέα καὶ πωλύπους· [2]
καὶ γλυκύν γ' ἐπ' ὧν ἐπίομες
οἶνον. [B.] Οἴμοι, μοί! τάλας [3]
περὶ σᾶμά με καλοῦσα κατί-
σκα λέγει. [4] [A.] Φεῦ τῶν κακῶν!
ὄκκα πάρα τρίγλαι τε, καὶ πα- a
χῆαι [5] κἀμίαι [6] δύο
διατεταγμέναι μέσαι, φάσ-
σαι τε [7] τοσσαῦται παρῆς, [8]
σκορπίοι τε. — —

Ἀριστοτέλης δὲ, παρετυμολογῶν αὐτῆς τοὔνομα, φησὶν ὠνομάσθαι παρὰ τὸ ἅμα ἰέναι ταῖς παραπλησίαις· ἔστι γὰρ συναγελαστική. Ἱκέσιος δ' ἐν τοῖς

1 καὶ δελφάκινά γ' ὀπτάομεν coni. Casaub. Forsan καὶ δελφάκινά γ' ὀπτὰ κρ. 2 πολύπους vulgo. 3 τάλις legebam cum Sam. Petito. 4 λέγει vulgo cum sequentibus connectunt. κατέσχε λόγοις coni. Petit. An περὶ τὸ σᾶμά μ' ἀνακαλοῦσ' ἴσχει λόγοις? aut, ἴσχευ λέγει? 5 Vulgo ὃ καὶ παρὰ τρίγλας τε καὶ πάχνα. 6 γ' ἀμίαι corrigunt viri docti. 7 Forf. ψᾶτται τε vel ψᾶσσαί τε, *rhombi* vel *passeres pisces*. 8 Vulgo τοσαῦται παρῆν.

rotundas, & porcellorum assas carnes, & polypos:
& dulce sane ad haec vinum bibebamus. B. *Vae mihi, mihi! Uxorcula*
circa monumentum [sive, *circa prandii horam*] *me vocans detinuit verbis.* A. *O factum male!*
Quandoquidem & mulli adfuerunt, & pingues etiam amiae duae
in medio dispositae: totidemque palumbi adfuerunt,
& scorpii pisces.

Aristoteles, nominis rationem reddens, ait, *dictas esse amias eo, quod simul* (ἅμα) *cum sui similibus eant.* Nam gregatim is piscis degit. Icesius vero in libris de Ali-

περὶ Ὕλης, εὐχύλους μὲν αὐτὰς εἶναι καὶ ἁπαλὰς, πρὸς δὲ τὰς ἐκκρίσεις μέσας, ἧσσον δὲ τροφίμους.

VII. Archestrati Gastrologia.

Ὁ δὲ ὀψοδαίδαλος Ἀρχέστρατος ἐν τῇ Γαστρολογίᾳ (οὕτως γὰρ ἐπιγράφεσθαί φησι Λυκόφρων
b ἐν τοῖς Περὶ Κωμῳδίας, ὡς τὴν Κλεοστράτου τοῦ Τενεδίου Ἀστρολογίαν) [1] περὶ τῆς ἀμίας φησὶν οὕτως·

Τὴν δ' ἀμίαν φθινοπώρου, ὅταν πλειὰς καταδύνῃ,
πάντα τρόπον σκεύαζε. τί σοι τάδε μυθολογεύω;
οὐ γὰρ μὴ σὺ διαφθείρῃς γ', [2] οὐδ' ἂν ἐπιθυμῇς.
Εἰ δ' ἐθέλεις καὶ τοῦτο δαήμεναι, ὦ φίλε Μόσχε,
ὅν τινα χρή σε τρόπον κείνην διαθεῖναι ἄριστα·
c ἐν συκῆς φύλλοις, καὶ ὀριγάνῳ οὐ μάλα πολλῇ·
μὴ τυρὸν, μὴ λῆρον. ἁπλῶς δ' οὕτως θεραπεύσας
ἐν συκῆς φύλλοις, σχοίνῳ κατάδησον ἄνωθεν.

1 Vulgo Γαστρολογίαν. 2 Vulgo οὐ γὰρ μή σε διαφθείρῃ γ'.

mentorum Materia ſcribit, *boni ſucci eſſe hunc piſcem & tenerum, egeſtu mediocriter facilem, ſed minus nutrientem.*

7. Obſoniorum vero mirificus artifex Archeſtratus in *Gaſtrologia* (ſic enim inſcriptum fuiſſe illud carmen ait Lycophron in libris De Comoedia, quemadmodum Cleoſtrati Tenedii liber *Aſtrologia* inſcriptus eſt) de amia in hunc modum ſcribit:

Amiam autumno poſt Vergiliarum occaſum
quo libuerit modo para. Cur enim multis verbis hoc tibi dicam?
Non potes enim eam corrumpere; ne ſi velles quidem.
Quod ſi tamen & hoc diſcere cupis, dilecte Moſche,
qua ratione tu optime parare illam debeas;
dicam: cum foliis ficûs, & origano non admodum multo:
ne caſeum adhibeas, aut alias nugas! Sed poſtquam ſimpliciter ita curaveris,
foliis ficus obvolutam, funiculo ſuperne obligatam.

εἶθ' ὑπὸ θέρμην ὦσον ἔσω σποδὸν, ἐν φρεσὶ καιρὸν
γινώσκων, ὁπότ' ἐστ' ὀπτὴ, καὶ μὴ κατακαύσῃς.
Ἔστω δ' αὐτή σοι Βυζαντίου ἐξ ἐρατεινοῦ,
εἴπερ ἔχειν ἀγαθὴν ἐθέλεις. κἂν ἐγγὺς ἅλῳ που [1]
τοῦδε τόπου, κεδνὴν λήψει. τηλοῦ δὲ θαλάσσης
Ἑλλησποντιάδος, χείρων· κἂν κεῖνον ἀμείψῃς d
Αἰγαίου πελάγους ἔναλον πόρον, οὐκ ἔθ' ὁμοία
γίνεται, ἀλλὰ καταισχύνει τὸν πρόσθεν ἔπαινον.

VIII. Epicuro praeivit Archestratus.

Οὗτος ὁ Ἀρχέστρατος ὑπὸ φιληδονίας γῆν πᾶσαν καὶ θάλασσαν περιῆλθεν ἀκριβῶς· ἐμοὶ δοκεῖ, τὰ πρὸς γαστέρα ἐπιμελῶς ἐξετάσαι βουληθείς. καὶ ὥσπερ οἱ τὰς Περιηγήσεις καὶ τοὺς Περίπλους ποιησάμενοι, μετ' ἀκριβείας ἐθέλει πάντα ἐκτίθεσθαι, ὅπου ἐστὶν ἕκαστον κάλλιστον βρωτόν. [2] τοῦτο γὰρ

1 καὶ ἐγγὺς ἅλῳ που edd. ubi ἁλός που corrigit Casaub. 2 βρωτόν τε edd. cum ms. *A.* Unde legendum videtur βρωτόν τε ποτόν τε.

sub calidum cinerem penitus subde, & mente tempus
cognosce, quo assa fuerit, ne illam exuras.
Sit autem tibi haec ex amoeno Byzantio,
si quidem bonam habere volueris. Et sicubi capta fuerit prope
illum locum, bonam habebis. Procul vero a mari
Hellespontico deterior est: ab illoque si discesseris
Aegei pelagi freto, non amplius pari bonitate
est, sed pristinam dedecorat laudem.

8. Hic Archestratus ob voluptatis studium universam terram & maria omnia adcurate lustravit, non alio consilio, ut mihi videtur, nisi ut quae ad gulam pertinent diligenter exquireret. Et, quemadmodum ii qui Itineraria & Periplos scripserunt, sic ille exacte & adcurate omnia vult exponere, qua parte terrarum unumquodque edulii genus sit praestantissimum. Id enim ipse

e αὐτὸς ἐν τῷ προοιμίῳ ἐπαγγέλλεται τῶν καλῶν τούτων ὑποθηκῶν, ὧν πρὸς τοὺς ἑταίρους ποιεῖται Μόσχον τε καὶ Κλέανδρον, ὥσπερ ὑποτιθέμενος αὐτοῖς, κατὰ τὴν Πυθίαν, ζητεῖν,

Ἵππον Θεσσαλικὴν, Λακεδαιμονίαν τε γυναῖκα,
ἄνδρας δ᾽ οἳ πίνουσιν ὕδωρ καλῆς Ἀρεθούσης.

Χρύσιππος δ᾽ αὐτὸν, ὁ ὄντως φιλόσοφος καὶ περὶ πάντα ἀνὴρ, ἀρχηγὸν Ἐπικούρῳ φησὶ γενέσθαι, καὶ τοῖς τὰ τούτου ἐπισταμένοις, τῆς πάντα διαλυμηνα-
f μένης ἡδονῆς. Καὶ γὰρ οὐκ ἐγκαλυπτόμενος ὁ Ἐπίκουρος λέγει, ἀλλὰ μεγάλῃ τῇ φωνῇ· „Οὐ γὰρ ἔγω γε δύναμαι νοῆσαι τἀγαθὸν, ἀφελὼν μὲν τὴν διὰ χυλῶν,[1] ἀφελὼν δὲ τὴν δι᾽ ἀφροδισίων ἡδονήν." Οἴεται γὰρ οὗτος [2] ὁ σοφὸς καὶ τὸν ἀσώτων βίον ἀνεπίληπτον εἶναι, εἴπερ αὐτῷ προσγένοιτο τὸ ἀδεὲς καὶ ἵλεων. Διὸ καὶ οἱ τῆς κωμῳδίας ποιηταὶ, κατα-

1 χειλῶν edd. 2 οὕτως mssti.

in prooemio praeclararum iſtarum Praeceptionum profitetur, quas amicis ſuis Moſcho & Cleandro nuncupavit: quos admonet ut quaerant, fere ut olim Pythia edixit,

Equam e Theſſalia, mulierem Laconicam,
viros vero qui bibunt pulcrae aquam Arethuſae.

Hunc Chryſippus, veriſſimus ille philoſophus, & quovis nomine vir, *viam praeiviſſe*, aït, *Epicuro & his qui illius placita ſequuntur, ad eam quae perdit omnia voluptatem.* Nec enim obſcure Epicurus dicit, ſed alta voce clamat: *Non equidem intelligere queo bonum, detracta ſaporum voluptate, detractaque eâ quae veneris uſu percipitur.* Exiſtimat enim ſapiens ille, ne aſotorum quidem vitam improbandam eſſe, ſi demto metu adſit hilaritas. Itaque etiam Comici poëtae perſtringentes ſubinde Epicureos,

τρέχοντές που [τῶν Ἐπικουρείων,] [1] τῆς ἡδονῆς καὶ ἀκρασίας ἐπικούρους καὶ βοηθοὺς βοῶσιν.

IX.

Comici traducunt Epicurum.

Πλάτων μὲν, ἐν Συνεξαπατῶντι, δυσχεραίνοντα a ποιήσας πατέρα τῷ τοῦ υἱοῦ παιδαγωγῷ, καὶ λέγοντα·

Α. Ἀπολώλεκας τὸ μειράκιόν μου παραλαβὼν,
ἀκάθαρτε, καὶ πέπεικας ἐλθεῖν εἰς βίον
ἀλλότριον αὐτοῦ· καὶ ποτοὺς ἑωθινοὺς
πίνει διὰ σὲ νῦν, πρότερον οὐκ εἰθισμένος. [2]
Β. Εἶτ' εἰ μεμάθηκε, δέσποτα, ζῆν, ἐγκαλεῖς;
Α. Ζῆν δ' ἐστὶ τὸ τοιοῦτον; Β. Λέγουσιν [3] οἱ σοφοί.
ὁ γοῦν Ἐπίκουρός φησιν εἶναι τἀγαθὸν
τὴν ἡδονήν. Α. Δήπουθεν. [4] οὐκ ἔστιν δ' ἔχειν
ταύτην ἑτέρωθεν· ἐκ δὲ τοῦ ζῆν παγκάλως b
εὔσως [5] ἅπαντας, ἦ [6] τυχὸν δώσεις ἐμοί.

1 Verba τῶν Ἐπικουρείων ex coniect. adiecta. Aliam emendationem propofuit Cafaub. 2 Alibi εἰθισμένον. 3 τὸ τοιοῦθ', ὡς λέγουσιν edd. 4 Iungunt vulgo τὴν ἡδονὴν δήπουθεν. 5 εὖ σῶς vulgo. 6 ἢ vulgo.

voluptatis & intemperantiae epicuros (i. e. auxiliatores) *patronosque* vocant.

9. Sic Plato, in Impoftore; ubi patrem inducit paedagogo filii fuccenfentem, dicentemque:

A. *Corrupifti adolefcentem commiffum tibi,*
fcelefte, & vitam fectari alienam fibi
perfuafti. Per te eft, quod iam potat de die
a mane fummo, non id folitus antea.
B. *Eon' me culpas, here, quod didicit vivere?*
A. *Vivere tu dicis hoc?* B. *Sapientes id docent.*
Epicurus fummum generis humani bonum
voluptatem effe docuit. Hanc apifcier
aliunde non eft. Namque, qui vivunt bene,
hi recte vivunt: nonne id concedes mihi?

Ἑώρακας οὖν φιλόσοφον, εἰπέ μοι, τινὰ
μεθύοντ', ἐπὶ τούτοις θ' οἷς λέγεις κηλούμενον;
B. Ἅπαντας. οἱ γὰρ [1] τὰς ὀφρῦς ἐπηρκότες,
καὶ τὸν φρόνιμον ζητοῦντες ἐν τοῖς περιπάτοις,
καὶ ταῖς διατριβαῖς, ὥσπερ ἀποδεδρακότα,
οὕτως, ἐπὰν γλαυκίσκος αὐτοῖς παρατεθῇ,
ἴσασιν οὗ δεῖ πρῶτον ἅψασθαι τόπου,
c καὶ τὴν κεφαλὴν ζητοῦσιν, ὡς περὶ πράγματος,
ὥστ' ἐκπεπλῆχθαι πάντας.

Καὶ ἐν τῷ Ἀνδροφόνῳ δὲ ἐπιγραφομένῳ ὁ αὐτὸς Πλάτων, διαπαίξας τινὰ τῶν ἐπιεικῶν φιλοσόφων, ἐπιφέρει·

Ἐξὸν γυναῖκ' ἔχοντα κατακεῖσθαι καλὴν,
καὶ Λεσβίου χυτρίδε λαμβάνειν δύο·
ὁ φρόνιμός ἐστι τοῦτο, τοῦτο τἀγαθόν. [2]

1 οἱ γοῦν alibi. οἱ καὶ h. l. ed. Bas. & Cas. 2 ἐστι τοῦτ' ἀγαθὸν ms. *A.* ἔστι τοῦτο τἀγαθὸν ms. *Ep.* ἐστι τοῦτο τοῦτ' ἀγαθὸν edd.

A. *Vidistine igitur tu philosophum quempiam*
vinosum, atque istis se oblectare moribus?
B. *Quin cuncti: adducto qui supercilio ambulant,*
quique in porticibus inque conciliabulis
Sapientem quaerunt, plane tamquam aufugerit;
hi, si glaucifcus ipsis adpositus fuit,
qua parte sit sumendus, norunt memoriter;
& caput anquirunt, tamquam in controversia:
ut obstupescant omnes.

Et in fabula, quae Homicida inscribitur, idem Plato, postquam risit modestum aliquem philosophum, sic pergit:

Si licet uxore cum formosa accumbere,
duasque haurire Lesbii vini amphoras:
nimirum hoc sapere recte est, hoc verum bonum.

Ἐπίκουρος ἔλεγε ταῦθ᾽, ἃ νῦν ἐγὼ λέγω.
Εἰ τοῦτον ἔζων πάντες, ὃν ἐγὼ ζῶ, βίον,
οὔτ᾽ ἄτοπος ἦν ἄν, οὔτε μοιχὸς οὐδὲ εἷς. d

Ἡγήσιππος δ᾽ ἐν Φιλεταίροις·[1]

Ἐπίκουρος ὁ σοφὸς, ἀξιώσαντός τινος
εἰπεῖν πρὸς αὐτὸν, ὅ τι ποτ᾽ ἐστὶ τἀγαθὸν,
ὃ διὰ τέλους ζητοῦσιν, εἶπεν ἡδονήν.
Εὖ γ᾽, ὦ κράτιστ᾽ ἄνθρωπε καὶ σοφώτατε·
τοῦ γὰρ μασᾶσθαι κρεῖττον οὐκ ἔστ᾽ οὐδὲ ἓν
ἀγαθόν· πρόσεστιν ἡδονῇ γὰρ τἀγαθόν.

X. *Alii philosophi voluptarii.* Ἀσπάζονται δὲ οὐ μόνον οἱ Ἐπικούρειοι τὴν ἡδονὴν, ἀλλὰ καὶ οἱ Κυρηναϊκοὶ καὶ Μνησιστράτειοι δὲ καλούμενοι. καὶ γὰρ καὶ[2] οὗτοι ζῆν μὲν ἡδέως χαίρουσιν, ὥς φησι Ποσειδώνιος. e Οὐ μακρὰν δὲ τούτων ἦν καὶ Σπεύσιππος, ὁ Πλάτωνος ἀκουστὴς καὶ συγγενής. *In his Speusippus.* Διονύσιος γοῦν ὁ τύραννος ἐν ταῖς πρὸς αὐτὸν

1 Forf. Φιλεταίρῳ. 2 Alterum καὶ omittunt alii.

Epicurus eadem dixit, quae nunc dictito.
Quod si omnes, ego quam vivo, vitam viverent,
iam nemo adulter esset, nemo iniurius.

Hegesippus vero, in Philetaeris:

Epicurus ille sapiens, cum quis quaereret
ab eo, quid illud esset eximium Bonum,
quod quaeritarent: Nil nisi Voluptas, *ait.*
Salve vir optime atque sapientissime!
Revera enim maius, quam mandere, haud datur
bonum. Bonum quippe in voluptate omne inest.

10. Non modo autem Epicurei amplexantur voluptatem, verum etiam qui *Cyrenaici* & *Mnesistratei* vocantur. Nam & hi, ut ait Posidonius, vitâ gaudent voluptariâ. Nec vero multum ab his aberat *Speusippus*, Platonis auditor & cognatus. Dionysius quidem, in datis

Ἐπιστολαῖς, καὶ τὰ τῆς Φιληδονίας αὐτοῦ διεξερχό-
μενος, ἔτι τε τῆς Φιλαργυρίας, ἐρανίζεσθαί τε παρὰ
πολλῶν αὐτὸν διελέγχων, ὀνειδίζει καὶ τὸν Λασθε-
νείας τῆς Ἀρκαδικῆς [1] ἑταίρας ἔρωτα. ἐπὶ πᾶσίν τε
λέγει τάδε· „Σὺ τισὶν Φιλαργυρίαν ὀνειδίζεις; αὐτὸς
f μηδὲν ἐλλελοιπὼς [2] αἰσχροκερδίας; τί γὰρ οὐ πε-
ποίηκας; οὐχ ὑπὲρ ὧν Ἑρμείας ὤφειλεν αὐτὸς ἐκτε-
τικὼς, ἔρανον συνάγειν ἐπιχειρεῖς;"

Περὶ δὲ τοῦ Ἐπικούρου Τίμων ἐν τρίτῃ Σίλλων Φησί· XI.

Sed maxime Epicurus cum ſuis.

Γαστρὶ χαριζόμενος τῆς οὐ λαμυρώτερον οὐδέν.

Ταύτης γὰρ ἕνεκεν ὁ ἀνὴρ, καὶ τῆς ἄλλης τῆς κατὰ
σάρκα ἡδονῆς, ἐκολάκευε καὶ Ἰδομενέα καὶ Μητρό-
δωρον. Καὶ αὐτὸς δέ που ὁ Μητρόδωρος, οὐκ ἀποκρυ-
a πτόμενος τὰς καλὰς ταύτας θέσεις, Φησί· „Περὶ

1 τῆς Σαρδικῆς vulgo h. l. 2 ἐκλελοιπὼς edd.

ad eum Epiſtolis, cum voluptatis ſtudium, tum divitiarum inſuper cupiditatem eius commemorans, obiiciensque quod pecuniam a multis corraſiſſet, denique etiam Laſtheneae Arcadici ſcorti amorem ei exprobrat. Quibus omnibus haec ſubiicit verba: *Tu nonnullis avaritiam exprobras; cum ipſe ad turpis lucri ſummum ſtudium nihil reliqui feceris? Quid enim non commiſiſti? Nonne, poſtquam pro Hermea quod ille debuerat aes alienum perſolviſti, nunc ſtipem ipſe colligere adgrederis?*

11. De *Epicuro* vero Timon, tertio libro Sillorum, ait:

Ventri indulgens, quo impudentius nil eſt.

Nam huius cauſſa, reliquaeque cauſſa voluptatis quae carne percipitur, adulatus etiam ille homo eſt Idomeneo & Metrodoro. Porro vero ipſe quoque *Metrodorus*, minime diſſimulans pulcra iſta praecepra, ait alicu-

γαστέρα γάρ, ὦ Φυσιολόγε Τιμόκρατες, περὶ γαστέρα ὁ κατὰ φύσιν βαδίζων λόγος τὴν ἅπασαν ἔχει σπουδήν." Ἐπίκουρος γὰρ ἦν ὁ τούτων διδάσκαλος, ὃς καὶ βοῶν ἔλεγεν· „Ἀρχὴ καὶ ῥίζα παντὸς ἀγαθοῦ ἡ τῆς γαστρὸς ἡδονή, καὶ τὰ σοφὰ καὶ τὰ περιττὰ εἰς ταύτην ἔχει τὴν ἀναφοράν." κἀν τῷ Περὶ Τέλους δέ φησιν οὕτω πως· „Οὐ γὰρ ἔγωγε δύναμαι νοῆσαι τἀγαθὸν, ἀφαιρῶν μὲν τὰς διὰ χυλῶν ἡδονὰς, ἀφαιρῶν δὲ τὰς δι' ἀφροδισίων, ἀφαιρῶν δὲ τὰς δι' ἀκροαμάτων, ἀφαιρῶν δὲ τὰς διὰ μορφῆς κατ' ὄψιν ἡδείας κινήσεις." Καὶ προελθών· „Φύσει, λέγει, [1] τιμητέον τὸ καλὸν, καὶ τὰς ἀρετὰς, καὶ τὰ τοιουτότροπα, ἐὰν ἡδονὴν παρασκευάζῃ· ἐὰν δὲ μὴ παρασκευάζῃ, χαίρειν ἐατέον." b

XII. Poëtae voluptatem laudantes.

Πρότερος δὲ τοῦ Ἐπικούρου Σοφοκλῆς ὁ τραγῳδιοποιὸς, ἐν Ἀντιγόνῃ, περὶ τῆς ἡδονῆς τοιαῦτ' εἴρηκεν·

1 Vulgo, καὶ προελθὼν φησὶ λέγειν.

bi: »Ad ventrem enim, o Naturae ſtudioſe Timocrates, ad ventrem omne ſtudium refert ratio ſecundum naturam progrediens.« Epicurus quippe hoc docuerat, qui alta voce clamans dixit: *Principium & radix omnis boni eſt ventris voluptas: &, ad hanc ſapientia & exquiſita doctrina refertur.* Et in libro De Fine ſic ferme ſcribit: *Non enim equidem habeo quod intelligam bonum, detrahens eas voluptates quae ſapore percipiuntur, detrahens eas quae uſu Veneris, detrahens eas quae auditu & cantibus; detrahens denique eas ſuaves motiones, quae ex formarum intuitu percipiuntur oculis.* Tum paululum progreſſus: *Naturâ,* inquit, *aeſtimandum eſt honeſtum, & virtutes, & his ſimilia, ſi quidem voluptatis ſint efficientia: at, voluptatem niſi efficiant, longum valere ea iubeamus.*

12. Ante Epicurum vero *Sophocles*, Tragoediarum ſcriptor, in Antigone, de Voluptate haec dixit:

— — Τὰς γὰρ ἡδονὰς Sophocles.
ὅταν προδῶσιν ἄνδρες, οὐ τίθημ' ἐγὼ
ζῆν τοῦτον, ἀλλ' ἔμψυχον ἡγοῦμαι νεκρόν.
c Πλούτει τε γὰρ κατ' οἶκον, εἰ βούλει, μέγα,
καὶ ζῆ τύραννον σχῆμ' ἔχων· ἐὰν δ' ἀπῆ
τούτων τὸ χαίρειν, τἄλλ' ἐγὼ καπνοῦ σκιᾶς
οὐκ ἂν πριαίμην ἀνδρὶ πρὸς τὴν ἡδονήν.

Φιλέταιρος, Κυνηγίδι·[1] Philetaerus.

Τί δεῖ[2] γὰρ ὄντα θνητὸν, ἱκετεύω, ποιεῖν;
πλὴν ἡδέως ζῆν τὸν βίον καθ' ἡμέραν·
ἐάν γ' ἔχῃ τις[3] ὁπόθεν. ἀλλὰ δεῖ σκοπεῖν
τοῦτ' αὐτὸ,[4] τἀνθρώπει' ὁρῶντα πράγματα·
d εἰς αὔριον δὲ μὴ φροντίζειν εἴ τι καὶ[5]
ἔσται. περίεργόν ἐστιν ἀποκεῖσθαι πάνυ
ἕωλον ἔνδον ἀργύριον. —

1 Κυναγίδι vulgo h. l. Κυνηγία Suid. 2 Τί δὴ edd. 3 Vulgo ἐὰν ἔχῃ τις. 4 τοῦτ' αὖ τὰ τἀνθρ. ed. Ven. & Baſ. τοῦτ' αὐτὰ τἀνθρ. ed. Caſaub. 5 Vulgo εἰς αὔριον δὲ φροντίζειν εἴ τι absque καὶ & absque negante particula.

— — Voluptates enim
qui deſerit negligitque, non ego hunc cenſeo
vivere, ſed animatum eſſe cadaver.
Eſto domi, ſi vis, locuples admodum,
vive tyranni habitu faſtuque: his ſi abeſt
mens laeta, reliqua ego fumi umbrâ
non emerim homini prae voluptate.

Philetaerus, in Venatrice:

Quid, quaeſo, facere mortalem oportet?
niſi, ſuaviter vitam ut degat in diem;
modo habeat unde. Sed ſpectare oportet
hoc ipſum unum, res humanas reputantem:
in craſtinum vero non anxie curare, an ſimus perinde
habituri. Nimis curioſum eſt, reponere
intus pridianam pecuniam. —

καὶ ἐν Οἰνοπίωνι δὲ ὁ αὐτὸς φησί·

— — Θνητῶν δ' ὅσοι
ζῶσιν κακῶς, ἔχοντες ἄφθονον βίον,
ἐγὼ μὲν αὐτοὺς ἀθλίους εἶναι λέγω.
οὐ γὰρ θανών γε δήπουθ' ἔγχελυν φάγοις,
οὐδ' ἐν νεκροῖσι πέπτεται γαμήλιος.

XIII.

Apollodorus Carystius.

Ἀπολλόδωρος δ' ὁ Καρύστιος, ἐν Γραμματιδιοποιῷ·

Ὦ πάντες ἄνθρωποι, τί τὸ ζῆν ἡδέως e
παρέντες, ἐπιμελεῖσθε τοῦ κακῶς ποιεῖν,
πολεμοῦντες ἀλλήλους; [1] Πότερα, πρὸς τῶν θεῶν,
ἐπιστατεῖ τις τοῦ βίου νυνὶ τύχη
ἄγροικος ἡμῶν, οὔτε παιδείαν ὅλως
εἰδυῖα· τί τὸ κακὸν, ἢ τί ποτε δὴ τἀγαθὸν [2]
ἔστ', ἀγνοοῦσα παντελῶς· εἰκῇ τε πῶς
ἡμᾶς κυλινδοῦσ' ὅν τιν' ἂν τύχῃ τρόπον;

1 ἀλλήλοις lego cum Grotio. 2 ἢ τί ποτ' ἦ τἀγαθὸν edd.

Idem, in Oenopione, ait:

— — Mortalium
qui non bene vivunt cum divitiae suppetant,
hos omnium esse praedico miserrimos.
Nam mortuus non comedes anguillas, neque
coquuntur in orco liba nuptialia.

13. Apollodorus vero Carystius, in Libellifice: (*sive*, Litium procuratore:)

Heu quotquot estis! cur, vitâ laetabili
omissâ, id agitis ut se res habeant male,
bellantes alii in alios? Pro Superûm fidem!
An aliquis vitam nostram Genius regit
illiteratus, inficetus, barbarus?
qui, quid bonum sit, quidque sit contra malum,
ignoret plane: quique nos, ut fors tulit,
huc illud verset impetu temerario?

Οἶμαί γε. τίς γὰρ μᾶλλον ἂν προείλετο,
Ἕλλην ἀληθῶς οὖσα, λεπομένους ὁρᾷν
f αὐτοὺς ὑφ' αὑτῶν, καὶ καταπίπτοντας νεκρούς·
ἐξὸν ἱλαροὺς, παίζοντας, ὑποπεπωκότας,
αὐλουμένους ᾠδῇ; Λέγ' αὐτὴ, γλυκυτάτη, [1]
ἔλεγχ' ἄγροικον οὖσαν ἡμῶν τὴν τύχην.

καὶ προελθών·

Οὐ τοῦτο τὸ ζῆν ἐστι τὸν καλούμενον [2]
Θεῶν ἀληθῶς βίον. [3] Ὅσῳ δ' ἡδίονα
τὰ πράγματ' ἐν ταῖς πόλεσιν ἦν ἂν, ἢ τὰ νῦν,
εἰ μεταβαλόντες τὸν βίον διήγομεν;
a Πίνειν Ἀθηναίους ἅπαντας [4] τοὺς μέχρι
ἐτῶν τριάκοντ' ἐξιέναι· τοὺς δ' ἱππέας
ἐπὶ κῶμον εἰς Κόρινθον ἡμέρας δέκα,
στεφάνους ἔχοντας καὶ μύρον· πρὸ ἡμέρας [5]

1 αὐλουμένους ᾠδὶ λέγειν. ὦ γλυκυτάτη, edd. 2 τὸ καλούμενον edd. 3 Interrogandi signum interponit Grotius. 4 καὶ τοὺς μέχρι edd. 5 Iungunt alii καὶ μύρον πρὸ ἡμέρας, alii ad praecedentia referentes, alii & sequentia.

Credo equidem. Nam, quis Graeco ingenio praeditus
optaret potius cernere excoriarier
alios ab aliis, cadere in terram mortuos;
quam laetos, ludibundos, inter pocula
ad tibiam cantantes? O dulcissima,
refelle nobis istum genium barbarum.

Idem, paulo post:

Nonne illud vere est coelitum quod dicitur
vitam agere? Quanto res se haberent suavius
nostras per urbes, istum vivendi modum
si mutaremus placitis mollioribus?
Athenienses usque ad tricenarios
potatum ut irent omnes; equites pergerent
Corinthum commissaturi in denos dies,
sertati & unguentati inde a diluculo;

τοὺς τὴν ῥάφανον πωλοῦντας ἥψειν Μεγαρέων· [1]
εἰς τὸ βαλανεῖον ἀπιέναι τοὺς συμμάχους·
κεραννύναι τὸν οἶνον Εὐβοῆς· τρυφή, [2]
καὶ βίος ἀληθῶς. Ἀλλ' ἀπαιδεύτῳ τύχῃ
δουλεύομεν. — b

XIV.

Tantalus, voluptatis ſtudioſus.

Φιλήδονον δὲ οἱ ποιηταὶ καὶ τὸν ἀρχαῖον φασι γενέσθαι Τάνταλον. ὁ γοῦν τὴν τῶν Ἀτρειδῶν ποιήσας Κάθοδον „ἀφικόμενον αὐτὸν, λέγει, πρὸς τοὺς θεοὺς, καὶ συνδιατρίβοντα, ἐξουσίας τυχεῖν παρὰ τοῦ Διὸς αἰτήσασθαι ὅτου ἐπιθυμεῖ. τὸν δὲ, πρὸς τὰς ἀπολαύσεις ἀπλήστως διακείμενον, ὑπὲρ αὐτῶν τε τούτων μνείαν ποιήσασθαι, καὶ τοῦ ζῆν τὸν αὐτὸν τρόπον τοῖς θεοῖς. ἐφ' οἷς ἀγανακτήσαντα τὸν Δία, τὴν μὲν εὐχὴν ἀποτελέσαι διὰ τὴν ὑπόσχεσιν· ὅπως c
δὲ μηδὲν ἀπολαύῃ τῶν παρακειμένων, ἀλλὰ διατελῇ

1 ἐλθεῖν Μεγαρέας legit Grotius. 2 τοῦτ' ἦν τρυφὴ edd. Quae tenens Grotius, praecedentia ſic conſtituit: κεραννύναι τὸν Εὐβοῆ.

venirent Megaris braſſicam qui venderent;
adirent laeti noſtra ſocii balnea,
miſcerent vinum Euboicum. O deliciae merae!
o vera vita! Nunc Genio immiti ac fero
ſervimus.

14. Voluptatis vero ſtudioſum etiam priſcum illum *Tantalum* fuiſſe aiunt poëtae. Auctor quidem *Reditus Atridarum* ſcribit: »Poſtquam ad Deos ille perveniſſet, cum illorum conſuetudine uteretur, poteſtatem nactum eſſe precandi a Iove quidquid cuperet. Illum vero, voluptatum deſiderio inſatiabili captum, illarum fruitionem & vitam ſimilem vitae Deorum petiviſſe. Quibus precibus indignatum Iovem, praeſtitiſſe illi quidem quod optaſſet, quoniam pollicitus fuiſſet: at, ne frueretur adpoſitis, ſed turbatus ſemper & anxius eſſet, ſu-

ταραττόμενος, ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς ἐξήρτησεν αὐτῷ πέτρον, δι' ὃν [1] οὐ δύναται τῶν παρακειμένων τυχεῖν οὐδενός." Καὶ τῶν Στωϊκῶν δέ τινες συνεψήφαντο ταύτης τῆς ἡδονῆς. Ἐρατοσθένης γοῦν ὁ Κυρηναῖος, μαθητὴς γενόμενος Ἀρίστωνος τοῦ Χίου, ὃς ἦν εἷς τῶν ἀπὸ τῆς Στοᾶς, ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Ἀρίστωνι, παρεμφαίνει τὸν διδάσκαλον ὡς ὕστερον ὁρμήσαντα ἐπὶ τρυφήν, [2] λέγων ὧδε· ,,Ἤδη δέ ποτε καὶ τοῦτον πεφώρακα τὸν τῆς ἡδονῆς καὶ ἀρετῆς μεσότοιχον διορύττοντα, καὶ ἀναφαινόμενον παρὰ τῇ ἡδονῇ." Καὶ Ἀπολλοφάνης [3] δὲ (γνώριμος δὲ ἦν καὶ οὗτος τοῦ Ἀρίστωνος) ἐν τῷ Ἀρίστωνι, καὶ αὐτὸς οὕτως ἐπιγράψας τὸ σύγγραμμα, ἐμφανίζει τὴν τοῦ διδασκάλου φιληδονίαν. Περὶ δὲ Διονυσίου τοῦ Ἡρακλεώτου τί δεῖ καὶ λέγειν; ὃς ἄντικρυς ἀποδὺς τὸν τῆς ἀρετῆς χιτῶνα, ἄνθινα μετημφιάσατο, καὶ Μεταθέμε-

Aristo Chius, Stoicus.

d

Dionysius Heracleota.

1 δι' ὧν edd. 2 εἰς τρυφὴν edd. ἐπὶ τὴν τρυφὴν ms. *Ep.* 3 Ἀφάνης vulgo.

per caput eius saxum suspendisse; quo factum, ut rebus praesentibus frui non posset.« Fuerunt autem & e Stoicis nonnulli, qui idem genus voluptatis consectarentur. Eratosthenes quidem Cyrenaeus, qui discipulus fuerat *Aristonis Chii*, Stoici philosophi, in libro qui *Aristo* inscribitur, significat praeceptorem procedente tempore ad luxuriam se adplicuisse. Verba eius haec sunt: *Iam vero etiam hunc subinde deprehendi, perfosso pariete inter voluptatem virtutemque intergerino, apud voluptatem repertum.* Similiter & Apollophanes, qui & ipse discipulus fuerat Aristonis, in *Aristone* (nam & hic eodem titulo librum edidit) voluptatis studium praeceptoris significavit. De *Dionysio* vero *Heracleota* quid opus est verbis? qui palam exuto virtutis indumento, sumtaque floribus variegata

νος καλούμενος ἔχαιρε, καίτοι γηραιὸς [1] ἀποστὰς e
τῶν τῆς Στοᾶς λόγων, καὶ ἐπὶ τὸν Ἐπίκουρον μετα-
πηδήσας. περὶ οὗ οὐκ ἀχαρίτως ὁ Τίμων ἔφη·

Ἡνίκ' ἐχρῆν δύνειν, νῦν ἄρχεται ἡδύνεσθαι.
Ὥρη ἐρᾶν, ὥρη δὲ γαμεῖν, ὥρη δὲ πεπαῦσθαι. [2]

XV.

ALPHESTES, piſcis.

Ἀπολλόδωρος ὁ Ἀθηναῖος, ἐν τῷ τρίτῳ Περὶ Σώ-
φρονος, τῷ εἰς τοὺς Ἀνδρείους Μίμους, προθεὶς τὸ „κα-
ταπυγοτέραν τ' ἀλφηστᾶν“ [3] φησίν· „Ἰχθῦς τινες οἱ
ἈΛΦΗΣΤΑΙ, τὸ μὲν ὅλον κιρροειδεῖς, [4] πορφυρίζον- f
τες δὲ κατά τινα μέρη. Φασὶ δὲ αὐτοὺς ἁλίσκεσθαι
σὺν δύο, καὶ φαίνεσθαι τὸν ἕτερον ἐπὶ τοῦ ἑτέρου [5]
κατ' οὐρὰν ἑπόμενον. ἀπὸ τοῦ οὖν κατὰ τὴν πυγὴν
θατέρῳ τὸν ἕτερον ἀκολουθεῖν, τῶν ἀρχαίων τινὲς τοὺς
ἀκρατεῖς καὶ καταφερεῖς [6] οὕτω καλοῦσιν. Ἀριστα-

1 γεραιὸς edd. 2 παύεσθαι mssti. 3 τἀλφηστᾶν edd. cum ms. *A*. Forſ. τᾶν ἀλφηστᾶν. 4 κηροειδεῖς edd. 5 ἐπὶ τῷ ἑτέρῳ ms. *Ep*. 6 Alii κατωφερεῖς.

veſte, gaviſus eſt *Mutatus* cognominari; quum iam ſenex, deſertâ Stoae doctrinâ, ad Epicurum defeciſſet. De quo haud invenuſte Timon dixit:

Quo tempore ad occaſum ſpectare oportebat, tunc voluptatem incipit ſectari.

Eſt amandi, eſt nuptias contrahendi tempus: eſt vero etiam tempus finem faciendi.

15. Apollodorus Athenienſis, tertio de Sophrone libro, quo Commentarius in Viriles Mimos continetur, praepoſitis verbis καταπυγοτέραν τᾶν ἀλφηστᾶν, (id eſt, *libidinoſiorem alpheſtis*) haec ſubiicit: » Sunt *Alpheſtae* piſces quidam, in totum quidem fulvi coloris, ſed nonnullis in partibus purpurei. Quos aiunt ſemper binos ſimul capi, reperirique alterum ad caudam alterius ſequentem. Igitur ab hoc ipſo, quod alter alterum ad nates ſequitur, nonnulli veterum homines intemperantes libidinoſoſque *alpheſtas* vocant. « Ariſtoteles ve-

τέλης δ' ἐν τῷ Περὶ Ζώων, μονάκανθον εἶναι καὶ κιῤῥὸν τὸν ἀλφηστικόν. μνημονεύει δ' αὐτοῦ [1] καὶ Νου-
a μήνιος ὁ Ἡρακλεώτης ἐν Ἁλιευτικῷ, οὕτως·

Φυκίδας, ἀλφηστήν τε, καὶ ἐν χροιῇσιν ἐρυθρὸν
σκορπίον. —

καὶ Ἐπίχαρμος, ἐν Ἥβας γάμῳ·

Μῦες, ἀλφησταί τε, [καὶ] [2] κορακῖνοι κοριοειδέες. [3]

Μνημονεύει δ' αὐτοῦ καὶ Μίθαικος [4] ἐν Ὀψαρτυτικῷ.

ἈΝΘΙΑΣ, κάλλιχθυς. Τούτου μέμνηται Ἐπίχαρμος, ἐν Ἥβας γάμῳ· XVI. Anthias, callichthys.

b Καὶ σκιφίας χρόμιός θ', ὃς ἐν τῷ
ἦρι, καττὸν Ἀνάνιον, [5]
ἰχθύων πάντων ἄριστος,
ἀνθίας δὲ χείματι.

1 δ' αὐτῶν ms. A. 2 καὶ ex coni. adiectum. 3 κηριοειδέες edd. *similes favis.* 4 Μύθαικος edd. 5 καπτὸν ἄνεμον edd.

ro, in opere De Animalibus, unicam ſpinam habere, & fulvi eſſe coloris *alpheſticum*, ait. Eiusdem meminit Numenius Heracleotes in Halieutico (id eſt, libro De Piſcatu) ſic:

Phycidas, alpheſtamque, & in cute rubrum
ſcorpium. —

Et Epicharmus, in Hebes Nuptiis:

Muſculi, alpheſtaeque, & pupulis ſimiles coracini.

Meminit eiusdem piſcis etiam Mythaecus, (*ſive*, Mithaecus,) in Opſartytico, id eſt, in Arte Culinaria.

16. Anthias, *callichthys.* Huius meminit Epicharmus in Hebes Nuptiis:

Et xiphias, & chromius, qui verno tempore, ut ait
Ananius,
piſcium omnium eſt optimus, anthias vero hyeme.

Λέγει δὲ Ἀνάνιος οὕτως·

Ἔαρι μὲν χρόμιος ἄριστος,
ἀνθίας δὲ χειμῶνι.
τῶν καλῶν δ' ὄψων ἄριστον
καρὶς ἐκ συκέης φύλλου.
ἡδύ γ' ἐσθίειν χιμαίρης
φθινοπωρισμῷ κρέας·
δέλφακος δ', ὅταν τραπέωσιν
καὶ πατέωσιν, ἐσθίειν.
καὶ κυνῶν αὕτη τόθ' ὥρη,
καὶ λαγῶν κἀλωπέκων·
ὄϊος αὖ τόθ' ὅταν θέρος τ' ᾖ, [1]
κ' ἠχέται βαβράζωσιν.
εἶτα δ' ἐστὶν ἐκ θαλάσσης
θύννος οὐ κακὸν βρῶμα,
ἀλλὰ πᾶσιν ἰχθύεσσιν
ἐμπρεπὴς ἐν μυττωτῷ.
βοῦς δὲ πιανθεὶς, δοκέω μὲν,
καὶ μέσων νυκτῶν ἡδὺς c

1 Vulgo οἷος αὐτὸ ἐφ' ὅταν θέρος τε ᾖ.

Verba autem Ananii haec sunt:

Vere quidem optimus chromius, anthias autem hyeme.
Praestantium vero obsoniorum praestantissimum est locusta e ficus folio.
Esu quidem suavis est capellae caro autumno;
porcelli vero, cum (uvas) exprimunt calcantque.
Et catuli tunc quoque tempestivi sunt, & lepores, vulpesque:
ovis autem, vigente aestate, cum strident cicadae.
Deinde est e mari thynnus cibus non spernendus,
sed pisces inter omnes eminet cum alliato.
Bos vero saginatus, & media nocte, ut videtur, gratus est,

χ᾽ ἡμέρης. —
Τῶν τοῦ Ἀνανίου πλεόνων ἐμνημόνευσα, νομίζων καὶ τούτων ὑποθήκας τοῖς λάγνοις ταύτας ἐκτεθήσεσθαι.

Ἀριστοτέλης δ᾽ ἐν τῷ Περὶ τῶν Ζώων ἠθῶν· „Ὅπου ἐὰν ἀνθίας ᾖ, φησὶν, οὐκ ἔστι θηρίον. ᾧ σημείῳ χρώμενοι οἱ σπογγεῖς κατακολυμβῶσι, καλοῦντες αὐτὸν ἱερὸν ἰχθῦν." Μνημονεύει δ᾽ αὐτοῦ καὶ Δωρίων ἐν τῷ Περὶ Ἰχθύων· „Τὸν δ᾽ ἀνθίαν τινὲς καὶ κάλλιχθυν καλοῦσιν, ἔτι δὲ καλλιώνυμον, καὶ d ἔλλοπα." Ἱκέσιος δ᾽ ἐν τοῖς Περὶ Ὕλης, ὑπὸ μὲν τινων λύκον, ὑπὸ δ᾽ ἄλλων καλλιώνυμον. εἶναι δὲ αὐτὸν χονδρώδη καὶ εὔχυλον καὶ εὐέκκριτον, οὐκ εὐστόμαχον δέ. Ἀριστοτέλης δὲ, καὶ καρχαρόδοντα εἶναι τὸν κάλλιχθυν, σαρκοφάγον τε καὶ συναγελαζόμενον. Ἐπίχαρμος δ᾽, ἐν Μούσαις, τὸν μὲν ἔλλο-

XVII. Idem Callionymus & Ellops.

& interdiu.
Plures ex Ananio versus commemoravi, catillonibus ratus eos etiam praeceptorum loco futuros.

17. Aristoteles, in eo libro quo de Animalium moribus agitur: » Ubicumque *anthias* est, inquit, nullum est maleficum animal. Quo indicio fidentes spongiarum piscatores urinantur; eaque de caussa *sacrum piscem* adpellant. « Meminit eius etiam Dorion, libro de Piscibus. » *Anthiam*, inquit, *nonnulli & callichthyn vocant, itemque callionymum & ellopem.* « Icesius vero, in libris de Materia, ait: » a nonnullis *lupum*, ab aliis *callionymum* dici: esse autem eum solida firmaque carne, boni succi, facilis egestionis; sed stomacho minus commodum. « Porro Aristoteles tradit » serratos dentes habere callichthyn, esseque carnivorum, & gregalem. « Epicharmus autem, in Musis, *hellopem* quidem commemo-

πα καταριθμεῖται· τὸν δὲ κάλλιχθυν ἢ καλλιώνυμον, ὡς τὸν αὐτὸν ὄντα, σεσίγηκεν. λέγει δὲ περὶ τοῦ ἔλλοπος οὕτως·

— — — τόν τε
πολυτίματον ἔλλοπα.

ὁ δὲ αὐτός·

χαλκοῦ ὤνιον ἕνα μόνον κα
τῆνον ὁ Ζεὺς ἔλλαβεν· e
κἠκελήσατο κατθέμεν οἱ, καὶ
τᾷ δάμαρτι θἀτέρα. [1]

Δωρίων δ', ἐν τῷ Περὶ Ἰχθύων, διαφέρειν φησὶν ἀνθίαν καὶ κάλλιχθυν, ἔτι τε καλλιώνυμον καὶ ἔλλοπα.

XVIII. SACER PISCIS, quis?

Τί δ' ἐστὶν ὁ καλούμενος ἱερὸς ἰχθῦς; Ὁ μὲν τὴν Τελχινιακὴν [2] Ἱστορίαν συνθεὶς, εἴ τ' Ἐπιμενίδης ἐστὶν ὁ Κρὴς, ἢ Τηλεκλείδης, εἴ τ' ἄλλος τις· „ἱεροὺς, φησὶν, εἶναι ἰχθύας, δελφῖνας καὶ πομπί-

1 Vulgo ista sic scribuntur: χαλκὸς ὤνιος ἕνα μόνον καίκηνον ὁ Ζεὺς ἔλαβεν κηκελήσατο. κατθέμεν αὐτῷ τε εἰκαίται δάμαρτι θατέρῳ. (θωτέρῳ ms. *A.*) 2 Τελχινικὴν ms. *Ep.*

rat; callichthyn vero aut callionymum, utpote eumdem cum illo, silentio praeteriit. Loquitur autem de *ellope* in hunc modum:

Et pretiosum ellopem.

Tum idem:

Aere venalem unum solummodo illum Iupiter accepit,
iussitque adponi sibi, & uxori reliqua.

Dorion vero, libro DE Piscibus, *differre* ait *anthiam & callichthyn, itemque callionymum & ellopem.*

18. Quis est vero, qui *Sacer* dicitur *piscis?* Telchiniacae quidem Historiae auctor, sive Epimenides is est Cretensis, sive Teleclides, sive quis alius: *sacros*, ait, *pisces esse, delphinos & pompilos.* »Est autem [inquit]

λους. ἔστι δ' ὁ πομπίλος, ζῶον ἐρωτικὸν, ὡς ἂν καὶ
f αὐτὸς γεγονὼς ἐκ τοῦ οὐρανίου αἵματος ἅμα τῇ Ἀ-
φροδίτῃ." Νίκανδρος δ', ἐν δευτέρῳ Οἰταϊκῶν, φησίν·

Πομπίλος, ὃς ναύτῃσιν ἀδημονέουσι κελεύθους
μηνύσας φιλέρωσι,[1] καὶ ἄφθογγός περ ἀμύ-
νων.[2]

a Ἀλέξανδρος δ' ὁ Αἰτωλὸς, ἐν Κρίκᾳ,[3] εἰ γνήσιον τὸ
ποιημάτιον·

Πηδαλίῳ ἄκρῳ ἔπι Πομπίλος ἀνιόχευεν,
εἰς τὰ κάτω[4] κατόπισθε, θεοῖς ὕπο, πομπίλος
ἰχθῦς.

Παγκράτης δὲ ὁ Ἀρκὰς, ἐν τοῖς Θαλασσίοις ἔργοις
ἐπιγραφομένοις, προειπών·

Πομπίλος, ὃν καλέουσιν ἁλίπλοοι ἱερὸν ἰχθῦν·

διηγεῖται ὡς „οὐ μόνον τῷ Ποσειδῶνι ὁ πομπίλος

1 Vulgo μηνῦσαι φιλέρωσιν. 2 ἀμείνων edd. 3 An Κίρκᾳ? Κρικαεῖ edd. unde Τριταεῖ vel Ἁλιεῖ fuſpicatus erat Caſaub. 4 ἀνιοχεύει, καὶ τὰ κάτω edd. ἀνιοχεύνης τὰ κάτω Ms. (nempe ms. *A*. nam deſunt haec in ms. *Ep*.)

pompilus, animal in amorem propenſum; quippe & ipſe coeleſti e ſanguine ſimul cum Venere prognatus. « Nicander vero, libro ſecundo Oetaicorum, ait:

Pompilus, qui nautis anxiis viam tutam
monſtrat ad amorem propenſis, & quamvis mutus, prae-
ſidio eſt.

Alexander vero Aetolus, in Crica, ſi genuinum eſt poëmation:

Summo in clavo Pompilus aurigabatur,
infra a tergo, Diis auctoribus, pompilus piſcis.

Pancrates autem Arcas, in poëmate quod Opera Marina inſcribitur, poſtquam dixit,

Pompilus, quem Sacrum piſcem vocant mare navigantes:

narrat deinde »non modo Neptuno carum eſſe pompi-

ἐστὶ διὰ τιμῆς, ἀλλ᾽ ὅτι καὶ τοῖς τὴν Σαμοθρᾴκην κατέχουσιν θεοῖς. ἁλιέα γοῦν τινα πρεσβύτην τῷ b ἰχθύϊ τούτῳ κόλασιν ὑποσχεῖν, ἔτι τοῦ χρυσοῦ γένους κατ᾽ ἀνθρώπους ὄντος. ὄνομα δ᾽ ἦν αὐτῷ Ἐπωπεὺς, καὶ ἐξ Ἰκάρου ἦν τῆς νήσου. καὶ τοῦτον οὖν ἅμα τῷ υἱῷ ἁλιεύοντα, καὶ οὐκ εὐτυχήσαντα ἄλλων ἰχθύων ἐν τῇ ἄγρᾳ ἢ πομπίλων, οὐκ ἀποσχέσθαι τῆς τούτων ἐδωδῆς, ἀλλὰ πάντας μετὰ τοῦ υἱοῦ καταθοινηθῆναι, καὶ μετ᾽ οὐ πολὺ δίκας ἐκτίσαι τῆς δυσσεβείας. κῆτος γὰρ ἐπελθὸν τῇ νηὶ τὸν Ἐπωπέα ἐν ὄψει τοῦ παιδὸς καταπιεῖν.“ Ἱστορεῖ δ᾽ ὁ Παγκράτης, ὡς „καὶ πολέμιός ἐστιν ὁ πομπίλος τῷ δελφῖνι, c καὶ ὅτι οὐδ᾽ οὗτος ἀτιμώρητος ἐκφεύγει πομπίλου φαγών. ἀχρεῖος οὖν γίνεται καὶ σφαδάζων, ἐπειδὰν φάγῃ, καὶ ἐπὶ τοὺς αἰγιαλοὺς ἐκκυμανθεὶς, βορὰ γίνεται αἰθυίαις [1] τε καὶ λάροις· ἐνίοτε δὲ καὶ ὑπὸ τῶν ταῖς κητείαις παρεδρευόντων ἀνδρῶν παρανομεῖ-

1 ἁρπυίαις mssti.

lum, ſed & Samothracen tenentibus Diis. Piſcatorem quidem quemdam ſenem piſci huic poenas dediſſe, cum aureum adhuc ſeculum inter homines eſſet. Nomen ei Epopeus erat, natus in Icaro inſula. Hunc igitur, ait, ſimul cum filio piſcantem, quum nullos alios piſces praeter pompilos cepiſſet, eorum eſu non abstinuiſſe, ſed cum filio cunctos uno epulo comediſſe; nec vero multo poſt poenas dediſſe impietatis. Nam cetum, facto in navem impetu, Epopeum in filii conſpectu deglutiviſſe. « Narratque idem Pancrates » eſſe quoque delphino hoſtem pompilum; neque hunc impune abire ubi pompilum devoravit. Fit enim iners, comeſo pompilo, & tremens; & fluctibus in littus eiectus, praeda fit mergis atque laris: nonnumquam etiam ab hominibus, qui cetorum

ται." Μνημονεύει τῶν πομπίλων καὶ Τιμαχίδας ὁ Ῥόδιος, ἐν τῷ ἐνάτῳ τοῦ Δείπνου·

Κώβιοι εἰνάλιοι, καὶ πομπίλοι ἱεροὶ ἰχθῦς.

d Ἠριννά τε, [1] ἢ ὁ πεποιηκὼς τὸ εἰς αὐτὴν ἀναφερόμενον ποιημάτιον·

Πομπίλε, ναύτῃσιν πέμπων πλόον εὔπλοον ἰχθῦς, [2]
πομπεύσαις [3] πρύμναθεν ἐμὰν ἀδεῖαν ἑταίραν.

Ἀπολλώνιος δὲ, ὁ Ῥόδιος, ἢ Ναυκρατίτης, ἐν Ναυκράτεως Κτίσει· „τὸν Πομπίλον, φησὶν, ἄνθρωπον πρότερον ὄντα, μεταβαλεῖν εἰς ἰχθῦν, διά τινα Ἀπόλλωνος ἔρωτα. τὴν γὰρ Σαμίων πόλιν παραῤῥεῖν ποταμὸν Ἴμβρασον·

XIX. Pompilus, ex homine piscis.

e

Τῷ ῥά ποτ' Ὠκυρόην νύμφην, περικαλλέα κούρην,
Χησιὰς εὐπατέρεια τέκεν φιλότητι μιγεῖσα·
Ὠκυρόην, ᾗ κάλλος ἀπείριτον ὤπασαν Ὧραι.

1 Κορίννα τε edd. 2 ἰχθῦν Ms. 3 πομπεύσας vulgo. Forsan πόμπευσαι.

capturae dant operam, violatur.« Meminit pompilorum etiam Timachidas Rhodius, Coenae libro nono:

Gobii marini, & pompili sacri pisces.

Et Erinna, sive quis alius est auctor poëmatii, quod sub illius nomine vulgatum est:

Pompile, nautis felicem cursum mittens piscis,
prosequere a puppi meam dulcem amicam!

19. Apollonius vero Rhodius, sive Naucratita, in *Naucratis Origine:* »*Pompilum*, ait, cum homo prius fuisset, in piscem fuisse mutatum, propter aliquem Apollinis amorem. Scilicet Samiorum urbem praeterfluere Imbrasum fluvium:

Cui olim Ocyroën nympham, formosissimam virginem,
Chesias illustri genere nata peperit ex eius concubitu,
Ocyroën, cui infinitam pulcritudinem Horae dederunt.

ταύτης οὖν ἐρασθέντα Ἀπόλλωνα ἐπιχειρῆσαι ἁρπάσαι. διαπεραιωθεῖσαν δ' εἰς Μίλητον κατά τινα Ἀρτέμιδος ἑορτὴν, καὶ μέλλουσαν ἁρπάζεσθαι, εὐλαβηθεῖσαν, Πομπίλον τινὰ θαλασσουργὸν ἄνθρωπον καθικετεῦσαι, ὄντα πατρῷον φίλον, ὅπως αὐτὴν εἰς τὴν πατρίδα διασώσῃ, λέγουσαν [1] τάδε· f

Πατρὸς ἐμεῖο φίλου συμφράδμονα [2] θυμὸν ἀέξων,
Πομπίλε, δυσκελάδου δεδαὼς θοὰ βένθεα πόντου,
σῶζε μέ. —

καὶ τὸν εἰς τὴν ἀκτὴν διαγαγόντα αὐτὴν διαπεραιοῦν. ἐπιφανέντα δὲ τὸν Ἀπόλλωνα, τήν τε κόρην ἁρπάσαι, καὶ τὴν ναῦν ἀπολιθώσαντα, τὸν Πομπίλον εἰς τὸν ὁμώνυμον ἰχθὺν μεταμορφῶσαι, ποιῆσαί τε τὸν

πομπίλον ὠκυάλων νηῶν [3] αἰήονα δοῦλον. [4] a

1 λέγουσα edd. cum ms. *A.* λέγουσι ms. *Ep.* 2 ἐμοῖο φίλου συνφράδμονα edd. 3 νήσων vulgo. 4 ἀλικόνα δοῦλον edd. αἰήονονα δοῦρον Ms. Forſ. αἰηνέα.

Huius igitur amore captum Apollinem, rapere eam conatum eſſe. Quae quum Miletum traieciſſet quo tempore feſtum quoddam agebatur Dianae, cum iam in eo eſſet ut raperetur, fugiens periculum, Pompilum quemdam, hominem mare exercentem, paternum amicum ſupplex rogaſſe fertur, ut in patriam ſe ſalvam reveheret, his uſa verbis:

Concordem cum caro meo patre animum alens
Pompile, horriſoni doctus rapidas voragines ponti,
ſerva me.

Et hunc, aiunt, eam ad littus perductam traieciſſe. At ſubito adparentem Apollinem rapuiſſe puellam, &, nave in lapidem converſâ, Pompilum in cognominem piſcem mutaſſe, feciſſeque ex eo

pompilum, navium per maria currentium ſempiternum famulum.

Θεόκριτος δ' ὁ Συρακόσιος, [1] ἐν τῇ ἐπιγραφομένῃ Βερενίκῃ, τὸν λευκον ὀνομαζόμενον ἰχθῦν, ἱερὸν καλεῖ, διὰ τούτων· XX. Sacer piscis, nonnullis Leucus;

Κ' αἴ τις ἀνὴρ αἰτεῖτ' εὐαγροσύνην τε [2] καὶ ὄλβον,
ἐξ ἁλὸς ᾧ ζωὴ, [3] τὰ δὲ δίκτυα κείνῳ ἄροτρα·
σφάζων ἀκρόνυχος [4] ταύτῃ θεῷ ἱερὸν ἰχθῦν,
ὃν λεῦκον καλέουσιν, (ὁ γὰρ φιερώτατος [5] ἄλλων·)
b καί κε λίνα στήσαιτο, καὶ ἐξερύσαιτο θαλάσσης
ἔμπλεα.

Διονύσιος δ' ὁ ἐπικαλούμενος Ἴαμβος, [6] ἐν τῷ Περὶ Διαλέκτων, γράφει οὕτως· „ Ἀκηκόαμεν γοῦν ἁλιέως Ἐρετρικοῦ, τὸν ἱερὸν ἰχθῦν, καὶ ἄλλων πολλῶν ἁλιέων, καλούντων τὸν πομπίλον. Ἔστι δὲ πελάγιος, καὶ παρὰ τὰς ναῦς πυκνὰ φαίνεται, ἐοικὼς πηλα- ſed plerisque Pompilus,

1 Συρακούσιος edd. cum ms. *Ep.* 2 αἰτεῖται ἐπ' ἀγροσύνην vulgo. αἰτεῖτ' εὐαγρεσίαν corrigunt viri doctiſſimi. 3 ζώει vulgo. 4 ἀκρονύχους vulgo. 5 Vulgo ὁ γὰρ θ' ἱερώτατος. 6 Ἰαμβοποιὸς maluerat Caſaub.

20. Theocritus vero Syracuſius, in carmine quod *Berenice* inſcribitur, *leucum* piſcem, qui vocatur, eumdem *ſacrum* adpellat, his verbis:

Quod ſi quis felicem capturam deſiderat & opulentiam,
e mari victitans, cui retia ſunt pro aratro;
is mactet ineunte veſperâ huic Deae ſacrum piſcem,
quem leucum vocant: (eſt enim ille piſcium omnium nitidiſſimus:)
tum vero retia tendat; extraxeritque e mari
piſcibus plena.

Dionyſius vero, cognomine *Iambus*, in libro De Dialectis, ſic ſcribit: »Audivimus nos quidem piſcatorem Eretrienſem, multosque alios piſcatores, *ſacrum piſcem* adpellantes pompilum. Degit autem in alto, & apud naves frequens conſpicitur, pelamydi ſimilis, variega-

μύδι, [1] ποικίλος. τὸν δ' οὖν ἰχθῦν τις παρὰ τῷ ποιητῇ ἕλκει,

ἀκτῇ [2] ἐπὶ προβλῆτι καθήμενος ἱερὸν ἰχθῦν. c

εἰ μὴ ἄλλος τίς ἐστιν οὕτω καλούμενος ἱερὸς ἰχθῦς.

qui & Chrysophrys. Καλλίμαχος δ', ἐν Γαλατείᾳ, τὸν χρύσοφρυν.

Ἢ μᾶλλον χρύσειον ἐν ὀφρύσιν ἱερὸν ἰχθῦν,
ἢ πέρκας, ὅσα τ' ἄλλα φέρει βυθὸς ἄσπετος ἅλμης.

Ἐν δὲ τοῖς Ἐπιγράμμασιν ὁ αὐτὸς ποιητὴς φησίν·

— Ἱερὸς δέ τοι, ἱερὸς ὕκης. [3]

Alii aliter interpretantur. Ἄλλοι δ' ἀκούουσιν ἱερὸν ἰχθῦν, τὸν ἄνετον· ὡς καὶ ἱερὸν βοῦν, τὸν ἄνετον. οἱ δὲ, τὸν μέγαν· ὡς

— ἱερὸν μένος Ἀλκινόοιο. d

Τινὲς δὲ, τὸν ἱέμενον [4] πρὸς τὸν ῥοῦν."

XXI. Κλείταρχος δ', ἐν ἑβδόμῃ Γλωσσῶν· „Οἱ ναυ-

1 πηλαμίδι edd. 2 πέτρῃ vulgatur apud Homerum. 3 Ἱερὸς δέ τις ἱερὸς ἰχθῦς edd. Alibi apud Noſtrum, Θεὸς δέ οἱ ἱερὸς ὕκης. 4 ἱέμενον corr. Caſaub.

tus. Hunc igitur piſcem, apud Poëtam, capit aliquis,

Littore in prominente ſedens, ſacrum piſcem:

niſi quis eſt alius ſic dictus *ſacer piſcis*. Callimachus vero, in Galatea, chryſophryn ſic vocat.

Aut potius aureum in ſuperciliis, [id eſt, *chryſophryn*,]
ſacrum piſcem,
Ὑμεῖς δὲ, πολλάκις τοῦ Ἀρχεστράτου τούτου μνημονεύσαντες, ἀκολασίας ἐπληρώσατε τὸ συμπόσιον. τί γὰρ τῶν ἐπιτρίψαι δυναμένων παρέλιπεν ὁ κα-
f λὸς οὗτος ἐποποιὸς, καὶ μόνος ζηλώσας τὸν Σαρδαναπάλλου [2] τοῦ Ἀνακυνδαράξεω [3] βίον, ὃν ἀδιανοητότε-

1 ἐρωτικὰς corr. Coray. 2 Σαρδαναπάλου edd. cum ms. Ep. & sic deinde. 3 Ἀνακινδαρ. ed. Bas. & Cas.

& Archestrati Gastronomiam, & medicamenta cum vorandi adpetitum tum Veneris libidinem excitantia; item famulas, motuum & schematum huc spectantium gnaras, & harum rerum studio intentas. « Rursusque: » Ediscere eos talia, & quae de his a Philaenide & Archestrato & aliis similibus scripta sunt, sibi comparare. « Deinde septimo libro ait: » Quemadmodum enim non Philaenidis scripta aut Archestrati Gastronomiam ediscere oportet, tamquam ad bene vivendum conducentia. «

14. At vos, *Archestrati* huius frequenti mentione factâ, lasciviae plenum fecistis hoc convivium. Quid enim quaeso eorum, quae excitare homines ad libidinem possunt, praetermisit praeclarus hic poëta, & unicus aemulator vitae *Sardanapalli*, Anacyndaraxae fi-

ρον εἶναι κατὰ τὴν προσηγορίαν τοῦ πατρὸς Ἀριστοτέλης ἔφη. ἐφ᾽ οὗ τοῦ τάφου ἐπιγεγράφθαι φησὶ Χρύσιππος τάδε·

Εὖ εἰδὼς ὅτι θνητὸς ἔφυς, τὸν θυμὸν ἄεξε, a
τερπόμενος θαλίῃσι· θανόντι σοι [1] οὔ τις ὄνησις.
Καὶ γὰρ ἐγὼ σποδός εἰμι, Νίνου μεγάλης βασιλεύσας.
κεῖν᾽ ἔχω, ὅσσ᾽ ἔφαγον καὶ ἐφύβρισα, καὶ σὺν ἔρωτι
τέρπν᾽ ἔπαθον· τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὄλβια πάντα λέλυνται.
Ἥδε σοφὴ βιότοιο παραίνεσις· οὐδέ ποτ᾽ αὐτῆς
λήσομαι. ἐκτήσθω δ᾽ ὁ θέλων τὸν ἀπείρονα χρυσόν. b

Καὶ ἐπὶ τῶν Φαιάκων δὲ ὁ ποιητὴς ἔφη·

Αἰεὶ δ᾽ ἡμῖν δαίς τε φίλη, κίθαρίς τε, χοροί τε,
εἵματα τ᾽ ἐξημοιβὰ, λοετρά τε θερμὰ, καὶ εὐναί.

Καὶ ἄλλος δέ τις φησὶ, τῷ Σαρδαναπάλλῳ παραπλήσιος, ὑποτιθέμενος καὶ οὗτος τοῖς μὴ σωφρονοῦσι τοιάδε·

1 θανόντι τοι ms. Ep.

lii; quem obscuriorem reddi adiecto patris nomine Aristoteles dixit. Cuius sepulcro inscripta fuisse verba in hanc sententiam ait Chrysippus:

Bene gnarus mortalem te natum, genio indulge,
epulisque oblectare: post mortem nulla voluptas.
Nam & ego cinis sum, magnae rex Nini qui modo fui.
Haec habeo, quae edi, quaeque exsaturata libido
hausit: at illa iacent multa & praeclara relicta.
Hoc sapiens vitae praeceptum: huius memoria numquam
mihi excidet. Potiatur, qui vult, auri immensâ copiâ.

Et de Phaeacibus ait Poëta:

Semper nobis convivium gratum, citharaque, chorique,
& vestes mutatoriae, lavacraque calida, & cubilia.

Alius vero, Sardanapallo similis, tale insipientibus praeceptum dedit:

Πᾶσιν δὲ θνητοῖς βούλομαι παραινέσαι,
τοὐφήμερον ζῆν ἡδέως. ὁ γὰρ θανὼν,
τὸ μηδέν ἐστι, καὶ σκιὰ κατὰ χθονός.
c μικροῦ δὲ βιότου ζῶντ᾽ ἐπαύρεσθαι χρεών.

Καὶ Ἄμφις δὲ ὁ κωμῳδιοποιὸς, ἐν Ἰαλέμῳ, φησίν·

Ὅστις δὲ θνητὸς γενόμενος μὴ τῷ βίῳ
ζητεῖ τι τερπνὸν προσφέρειν, τὰ δ᾽ ἄλλ᾽ ἐᾷ,
μάταιός ἐστιν ἔργῳ, ἐμοὶ [1] καὶ τοῖς σοφοῖς
κριταῖς ἅπασιν, ἐκ θεῶν τε δυστυχής.

Καὶ ἐν τῇ ἐπιγραφομένῃ δὲ Γυναικοκρατίᾳ [2] τὰ ὅμοια λέγει·

Πῖνε, παῖζε· [3] θνητὸς ὁ βίος·
ὀλίγος οὑπὶ γῇ [4] χρόνος.
ὁ θάνατος [5] δ᾽ ἀθάνατός ἐστιν,
ἢν ἅπαξ τις [6] ἀποθάνῃ.

d Καὶ Βακχίδας δέ τις, τὸν αὐτὸν Σαρδαναπάλλῳ ζήσας

1 μάταιός ἐστιν ὥς γ᾽ ἐμοὶ edd. 2 Forſ. Γυναικομανίᾳ, ut alibi. 3 καὶ παῖζε vulgo. 4 ὁ ὑπὲρ γῆς edd. ὀὑπὶ γῆς malim. 5 θάνατος vulgo absque artic. 6 ἅπαξ ἄν τις edd. ἂν ἅπαξ mssti.

Omnes ego mortales monitos volo,
in diem laeti ut vivant. Nam mortuus
nihil eſt; nil niſi ſub terris umbra.
Brevi vitâ, dum vivis, oportet frui.

Et Amphis comicus, in Ialemo, ait:

Quisquis mortalis natus non ſtudet iucundi quidpiam
vitae ſuae adferre, omiſſis aliis rebus,
is revera ſtultus eſt, me iudice cunctisque
prudentibus, & malo fato miſer.

Similiaque idem dicit in Gynaecocratia. (Foeminarum dominatu:)

Bibe, lude; vita mortalis; brevis mora ſuper terra.
Mors autem immortalis eſt, ſi quis ſemel obiit.

Bacchidas vero quidam, cum ſimilem Sardanapalli vitam

βίον, ἀποθανὼν ἐπὶ τοῦ τάφου ἐπιγεγραμμένον ἔχει·

Πιὲν, φαγὲν, καὶ πάντα τᾷ ψυχᾷ δόμεν.
κἠγὼ γὰρ ἕστακ' ἀντὶ Βακχίδα λίθος.

XV. Alexidis Asotodidascalus. Ex DCCC dramatibus mediae Comoediae excerpta fecit Athenaeus.

Ἄλεξις δ' ἐν Ἀσωτοδιδασκάλῳ, φησὶν Σωτίων [1] ὁ Ἀλεξανδρεὺς ἐν τοῖς Περὶ τῶν Τίμωνος Σιλλῶν· ἐγὼ γὰρ οὐκ ἀπήντησα τῷ δράματι· πλείονα [2] τῆς μέσης καλουμένης κωμῳδίας ἀναγνοὺς δράματα τῶν ὀκτακοσίων, καὶ τούτων ἐκλογὰς ποιησάμενος, [3] οὐ περιέτυχον τῷ Ἀσωτοδιδασκάλῳ, ἀλλ' οὐδ' ἀναγραφῆς e ἀξιωθέντι σύνοιδα. οὔτε γὰρ Καλλίμαχος, οὔτε Ἀριστοφάνης αὐτὸ ἀνέγραψαν, ἀλλ' οὐδὲ οἱ τὰς ἐν Περγάμῳ Ἀναγραφὰς ποιησάμενοι. ὁ δὲ Σωτίων φησὶν, ἐν τῷ δράματι Ξανθίαν τινὰ οἰκέτην πεποιῆσθαι προτρεπόμενον ἐπὶ ἡδυπάθειαν ὁμοδούλους ἑαυτοῦ, καὶ λέγοντα·

1 Perperam editi, φησὶν, ὡς Σωτίων. 2 Forf. πλείονα δὲ τῆς. 3 Desiderabam οὐ μόνον οὐ περιέτυχον.

vixisset, post mortem haec verba tumulo inscripta habuit:

Bibe, ede, animo omnia indulge.
Nam ego, pro Bacchida, hic, ecce, sto lapis.

15. Alexis vero, in Asotodidascalo, (id est, Asotorum magistro,) ut ait Sotion Alexandrinus in Commentariis in Timonis Sillos; ego enim ipsum drama non vidi: cumque amplius octingenta dramata mediae Comoediae perlegerim, ex eisque Excerpta confecerim, non modo non incidi in Asotodidascalum, sed ne in ullo quidem Dramatum Recensu mentionem eius factam reperire memini. Nec enim a Callimacho, nec ab Aristophane commemorata ea fabula est; sed ne ab iis quidem qui in urbe Pergamo Recensum Fabularum ediderunt. Sotion igitur ait, in ea fabula induci servum aliquem Xanthiam, conservos suos ad voluptatis studium cohortantem his verbis:

Τί ταῦτα ληρεῖς, φληναφῶν ἄνω κάτω
Λύκειον, Ἀκαδημίαν, Ὠδείου πύλας, [1]
λήρους σοφιστῶν; οὐδὲ ἓν τούτων καλόν.
Πίνωμεν, ἐμπίνωμεν! ὦ Σίκων, [Σίκων!] [2]
f χαίρωμεν, ἕως ἔνεστι τὴν ψυχὴν τρέφειν.
Τύρβαζε, Μάνη! [3] γαστρὸς οὐδὲν ἥδιον.
αὕτη πατήρ σοι, καὶ πάλιν μήτηρ μόνη.
Ἀρεταὶ δὲ, πρεσβεῖαί τε, καὶ στρατηγίαι,
κόμποι κενοὶ ψοφοῦσιν ἀντ' ὀνειράτων. [4]
Ψύξει σ' ὁ δαίμων τῷ πεπρωμένῳ χρόνῳ·
ἕξεις δ' ὅσ' ἂν φάγῃς τε καὶ πίῃς μόνα·
σποδοὶ δὲ τ' ἄλλα, Περικλέης, Κόδρος, Κίμων.

XVI. Meliora monet Chrysippus.

Κρεῖττον δ' ἂν εἶχε, φησὶν ὁ Χρύσιππος, εἰ μετελήφθη τὰ ἐπὶ τοῦ Σαρδαναπάλλου, οὕτως·

a Εὖ εἰδὼς, ὅτι θνητὸς ἔφυς, σὸν θυμὸν ἄεξε,

1 ᾠδεῖον, πύλας edd. 2 ἐκπίνωμεν . . . . σικῶν edd. cum lacuna. 3 Τύρβαζε μανὴν vulgo. 4 ἀντ' ὀνειάτων corr. Valck.

Quid ista toties repetis ad fastidium,
Academiam, Lyceum, & Odei fores,
magistellorum nugas, in queis nil boni est?
Bibamus, ebibamus! o Sicon, Sicon!
Gaudentes animam fulciamus, dum licet.
Fruare, Mane! Ventre nihil est suavius:
hic solus pater est, solus est mater tibi.
Virtus, legationes, ductus bellici,
fastus inanes, somnii strepitant vicem.
Veniet fatalis hora, quae te frigeret:
nil nisi quod biberis & edis, restabit tibi.
Reliqua cinis sunt, ut Codrus, Pericles, Cimon.

16. Satius autem fore, ait Chrysippus, si isti in Sardanapallum confecti versus, in hunc modum immutarentur:

Bene gnarus mortalem te natum, animum tuum cura,

τερπόμενος μύθοισι. Φαγόντι σοι [1] οὔ τις ὄνησις.
καὶ γὰρ ἐγὼ κακός εἰμι φαγὼν ὡς πλεῖστα καὶ ἡσθείς.
Ταῦτ' ἔχω, ὅσσ' ἔμαθον καὶ ἐφρόντισα, καὶ μετὰ τούτων
ἐσθλ' ἔπαθον. τὰ δὲ λοιπὰ καὶ ἡδέα πάντα λέλειπται.

Παγκάλως δὲ καὶ ὁ Τίμων ἔφη·

Πάντων μὲν πρώτιστα [2] κακῶν ἐπιθυμίη ἐστί.

XVII. Κλέαρχος δὲ, ἐν τοῖς Περὶ Παροιμιῶν, καὶ διδάσκαλον τὸν Ἀρχεστράτου γενέσθαί φησι Τερψίωνα. b ὃν καὶ πρῶτον Γαστρολογίαν γράψαντα, διακελεύεσθαι τοῖς μαθηταῖς, τίνων ἀφεκτέον. ἀπεσχεδιακέναι τε τὸν Τερψίωνα καὶ περὶ τῆς χελώνης τάδε·

Terpsionis praeceptum de Testudine.

Ἢ [3] χρὴ χελώνης ἢ φαγεῖν, ἢ μὴ φαγεῖν.

ἄλλοι δ' οὕτως λέγουσιν·

1 φαγόντι τοι ms. *Ep.* 2 πρωτίστη malebam. πρωτίστα ms. *Ep.* 3 Η absque accentu in *Ms.* Desunt editis quatuor verba, τάδε, & Ἢ χρὴ χελώνης.

doctrinis te oblectans. In edendo nullum iuvamen.
Nam & ego, nimium pastus, peior sum, voluptatibusque fruitus.
Haec possideo, quae didici & meditatus sum, & quae ex his bona accepi: caeterae omnes voluptates iacent relictae.

Praeclare omnino etiam Timon dixit:

Omnium malorum princeps cupiditas est.

17. Clearchus, in libro de Proverbiis, magistrum Archestrati fuisse ait *Terpsionem:* eumque primum *Gastrologiam* scripsisse, in qua praeceperit discipulis, quibus cibis abstinere deberent. Eumdem Terpsionem, ait, etiam illud de testudine praeceptum e re nata pronuntiasse:

Aut edere de testudine oportet, aut non edere.

Quod alii sic efferunt:

Ἢ δεῖ χελώνης κρέα φαγεῖν, ἢ μὴ φαγεῖν.

Πόθεν δ' ὑμῖν, ὦ σοφώτατοι, ἐπῆλθε καὶ ὁ ὀψολόγος Δωρίων, ὡς καὶ συγγραφεύς τις γενόμενος; ὃν ἐγὼ κρουματοποιὸν οἶδα ὀνομαζόμενον, καὶ φίλιχθυν,
c συγγραφέα δὲ οὔ. ὡς μὲν οὖν κρουματοποιοῦ μνημονεύει Μάχων ὁ κωμῳδιοποιὸς οὕτως·

XVIII. Dorion fidicen.

Ὁ κρουματοποιὸς Δωρίων ποτ' εἰς Μύλων'
ἐλθὼν, κατάλυσιν οὐδαμοῦ μισθωσίμην
δυνάμενος εὑρεῖν, ἐν τεμένει καθίσας τινὶ,
ὃ πρὸ τῶν πυλῶν ἦν κατὰ τύχην ἱδρυμένον,
ἰδών τ' ἐπιθύοντα [1] τὸν νεωκόρον·
„Πρὸς τῆς Ἀθηνᾶς καὶ θεῶν, τίνος φράσον
„ἐστὶν ὁ νεὼς, βέλτιστε, φησὶν, οὑτοσί;"
ὁ δ' εἶπεν αὐτῷ· „Ζηνοποσειδῶνος, ξένε."
d ὁ Δωρίων δέ· „Πῶς ἂν οὖν ἐνταῦθ', ἔφη,

Dorionis facete responsa.

1 Ἰδών τ' ἔπειτα θύοντα corr. Casaub. Ἰδών τε πη θύοντα Grot.

Carnem testudinis aut edere oportet, aut non edere.

18. Quid est autem, Viri sapientissimi, quod opsologum *Dorionem* veluti scriptorem aliquem nobis commemoratis? quem equidem novi fidicinem adpellatum, & piscium heluonem; scriptorem a nemine nominatum novi. Ut fidicinis quidem mentionem eius facit Machon comicus, his verbis:

Mylona forte Dorio fidicen venerat:
nec usquam conducendum diversorium
reperire poterat. Igitur in fano sedet,
quod propter urbis ipsa adstabat moenia.
Ubi propere ad se currentem aedituum videns:
» Per te Minervam, per Deos, inquit, precor,
» dic, bone vir, templum cui sacratum est numini? «
Respondens ille: » Est, ait, hoc Iove-Neptunium. «
» Quis ergo iam mortalis, inquit Dorio,

„δύναιτο [καὶ] [1] καταγώγιον ἐξευρεῖν τις, οὗ
„καὶ τοὺς θεοὺς φάσκουσιν οἰκεῖν σύνδυο;“

Λυγκεὺς δ' ὁ Σάμιος, ὁ Θεοφράστου μὲν μαθητὴς, Δούριδος δὲ ἀδελφὸς, τοῦ τὰς Ἱστορίας γράψαντος, καὶ τυραννήσαντος τῆς πατρίδος, ἐν τοῖς Ἀποφθέγμασι, [γράφει οὕτως·] [2] „Δωρίωνι τῷ αὐλητῇ φάσκοντός τινος, ἀγαθὸν ἰχθὺν εἶναι βατίδα· „Ὥσπερ ἂν εἴ τις, ἔφη, ἑφθὸν τρίβωνα ἐσθίοι.“ Ἐπαινοῦντος δ' ἄλλου τὰ
τῶν θύννων ὑπογάστρια· „Καὶ μάλα, ἔφη. δεῖ μέν τοι e
γε [3] ἐσθίειν αὐτὰ ὥσπερ ἐγὼ ἐσθίω.“ εἰπόντος δὲ, πῶς· ὁ δέ· „Πῶς; [4] ἡδέως· ἔφη. Τοὺς δὲ καράβους, ἔφη, τρία ἔχειν· διατριβὴν, καὶ εὐωχίαν, καὶ θεωρίαν. Ἐν Κύπρῳ δὲ παρὰ Νικοκρέοντι δειπνῶν, ἐπήνεσε ποτήριόν τι. καὶ ὁ Νικοκρέων ἔφη, ὃ ἂν βούλῃ [5] ὁ αὐτὸς τεχνίτης ποιήσει σοὶ ἕτερον. Σοί γε ἔφη, ἐμοὶ δὲ τοῦτο

1 Abeſt vulgo καὶ particula. 2 Deſunt vulgo duo verba. 3 οὖν inſerunt edd. 4 Abeſt alterum πῶς ms. *Ep.* 5 ὅταν βούλῃ malebam.

» hoſpitium ſperet urbe in illa, quae Deos
» duos compingit unum in contubernium? «

Lynceus vero Samius, Theophraſti diſcipulus, Duridis illius frater, qui Hiſtorias conſcripſit, & in patria tyrannidem occupavit, in Apophthegmatibus haec ſcribit: » Dorioni fidicini cum diceret aliquis, bonum piſcem eſſe raiam: *Quaſi quis*, reſpondit ille, *tritum pallium elixum comedat.* Laudante alio thynnorum abdomina: *Recte ais*, inquit ille; *oportet vero ea comedere ſicut ego comedo.* Roganteque illo, quo tandem modo; reſpondit: *Quonam modo, rogas? Libenter.* Idem dicere ſolebat, *Locuſtas marinas tria habere: gratam exercitationem, ſuavem cibum, & contemplationem.* In Cypro vero coenans apud Nicocreontem, laudavit poculum aliquod. *Quodcumque voles*, ait Nicocreon, *idem artifex aliud ſimile tibi confecerit.* — *Immo tibi;* inquit ille: *mihi vero hoc dona.* Non inſipienter

δός. οὐκ ἀνοήτως τοῦτο φήσας ὁ αὐλητής. λόγος γὰρ παλαιὸς, ὡς ὅτι

Ἀνδρὶ μὲν αὐλητῆρι θεοὶ νόον οὐκ ἐνέφυσαν·[1]
f ἀλλ' ἅμα τῷ φυσῆν[2] χ' ὡ νόος ἐκπέταται."

XIX. Dorion, piscium lurco.

Ἡγήσανδρος δ' ἐν τοῖς Ὑπομνήμασιν τάδε φησὶ περὶ αὐτοῦ. „Δωρίων ὁ ὀψοφάγος, τοῦ παιδὸς οὐκ ἀγοράσαντος ἰχθῦς, μαστιγῶν αὐτὸν, ἐκέλευε τῶν ἀρίστων ἰχθύων ὀνόματα λέγειν. τοῦ δὲ παιδὸς, ὀρφὸν
a καὶ γλαυκίσκον καὶ γόγγρον, καὶ τοιούτους ἑτέρους καθαριθμοῦντος· Ἰχθύων σε, φησὶν, ἐκέλευον ὀνόματα λέγειν, οὐ θεῶν." Ὁ αὐτὸς Δωρίων καταγελῶν τοῦ ἐν τῷ Τιμοθέου Ναυτίλῳ[3] χειμῶνος, ἔφασκεν „ἐν κακκάβᾳ ζεούσᾳ μείζονα ἑωρακέναι χειμῶνα." Ἀριστόδημος δὲ, ἐν δευτέρῳ γελοίων Ἀπομνημονευμάτων, φησί· „Δωρίωνος τοῦ κρουματοποιοῦ, κυλλόποδος ὄντος, ἀπώλετο ἐν συμποσίῳ τοῦ χωλοῦ ποδὸς τὸ βλαυτίον.

1 Immo, οὖν ἐνέφυσαν. 2 φυσᾷν edd. 3 Ναυπλίῳ ex Suida videtur legendum.

id quidem a tibicine dictum. Est enim vetus sermo in hanc sententiam:

Homini quidem tibicini mentem Dii inseruerunt;
at avolat mens, statim ac ille tibiam inflat. «

19. De eodem Hegesander, in Commentariis, haec scribit: »Dorion, obsoniorum lurco, quum servulus pisces non emisset, flagello castigatum iussit optimorum piscium edicere nomina. Qui quum orphum & glaucisсum, & congrum, similesque alios enumeraret: *at piscium nomina*, inquit ille, *edere te iussi, non Deorum.* Idem Dorion, ridens tempestatem in Timothei Nautilo [*sive*, Nauplio] descriptam, ait, *in fervente caccabo vehementiorem se tempestatem vidisse.* « Aristodemus vero, secundo libro Ridicule dictorum, scribit: »Altero pede claudus cum esset Dorion fidicen, amisit in convivio soleam

καὶ ὅς, Οὐδὲν, ἔφη, πλεῖον καταράσομαι τῷ κλέψαντι, ἢ ἁρμόσαι αὐτῷ τὸ σανδάλιον.“ Ὅτι δ᾽ ἦν ὁ b Δωρίων οὗτος ἐπὶ ὀψοφαγίᾳ διαβόητος, φανερὸν ἐξ ὧν λέγει Μνησίμαχος ὁ κωμῳδιοποιὸς ἐν Φιλίππῳ δράματι·

Οὐκ, ἀλλὰ [1] καὶ τῆς νυκτὸς Δωρίων ἔνδον
ἐστὶν [2] παρ᾽ ἡμῖν λοπαδοφυσητής. [3] —

XX. Οἶδα δὲ καὶ ἃ ὁ Ἑρμιονεὺς Λᾶσος ἔπαιξε περὶ ἰχθύων, ἅπερ Χαμαιλέων ἀνέγραψεν ὁ Ἡρακλεώτης ἐν τῷ Περὶ αὐτοῦ τοῦ Λάσου συγγράμματι, λέγων ὧδε· „Τὸν Λᾶσον, φασὶ, [4] τὸν ὠμὸν ἰχθὺν ὀπτὸν εἶναι φάσκειν. θαυμαζόντων δὲ πολλῶν, ἐπιχειρεῖν λέγειν· ὡς, ὅ ἐστιν ἀκοῦσαι, τοῦτό ἐστιν ἀκουστόν· καὶ, ὅ ἐστι νοῆσαι, τοῦτό ἐστι νοητόν· ὡσαύτως οὖν c καὶ ὅ ἐστιν ἰδεῖν, τοῦτο εἶναι ὀπτόν· ὥστ᾽ ἐπειδὴ τὸν

Lasi lusus verborum.

1 Οὐ καλλ edd. Mox transponenda fuerint verba, ἔνδον Δωρίων. 2 ἐστὶ vulgo. 3 λοπαδιφυσήτης edd. 4 φησὶ vulgo.

claudo pedi aptam. Tum ille: *Nihil amplius*, inquit, *precor huic qui eam subripuit, quam ut eius pedi sit apta.* « Famosum vero fuisse obsoniorum lurconem Dorionem adparet etiam ex his quae Mnesimachus ait in fabula, cui titulus Philippus:

Non: verum etiam noctu intus Dorion
est apud nos, patinis canens.

20. Memini vero etiam quae Hermionensis *Lasus* lusit de piscibus; quae scripto consignavit Chamaeleon Heracleotes in libro, quem de ipso illo Laso edidit, ubi ait: »Lasum dixisse, narrant, *piscem crudum* esse ὀπτόν. Quod quum mire dictum videretur multis, ille sic probare adgressus est: *Quemadmodum, quod exaudiri potest, id est,* ἀκουστόν; *& quod cogitari, id* νοητόν: *pari ratione, quod conspici potest, id esse* ὀπτόν. *Itaque piscem, ut*

ἰχθὺν ἦν ἰδεῖν, ὀπτὸν αὐτὸν εἶναι. Καὶ παίζων δέ ποτε ἰχθὺν παρά τινων ἁλιέων [1] ὑφείλετο, καὶ λαβὼν ἔδωκέ τινι τῶν παρεστώτων. ὁρκίζοντος δὲ τοῦ ἁλιέως, [2] ὤμοσεν μήτ' αὐτὸς ἔχειν τὸν ἰχθὺν, μήτε ἄλλῳ συνειδέναι λαβόντι, διὰ τὸ λαβεῖν μὲν αὐτὸν, [3] ἔχειν δὲ ἕτερον· ὃν ἐδίδαξεν ἀπομόσαι πάλιν, ὅτι οὔτ' αὐτὸς ἔλαβεν, οὔτ' ἄλλον ἔχοντ' οἶδεν. εἰλήφει μὲν γὰρ ὁ Λάd σος, εἶχεν δὲ αὐτός. Τοιαῦτα δὲ καὶ Ἐπίχαρμος παίζει. ὥσπερ ἐν Λόγῳ καὶ Λογείνᾳ· [4]

Epicharmi lusus in verbis.

A. Ὁ Ζεὺς μ' ἐκάλεσε, Πέλοπί γ' ἔρανον ἑστιῶν.
B. Ἦ, παμπόνηρον ὄψον, ὦ τᾶν, ὁ γέρανος.
A. Ἀλλ' οὔτι γέρανον, ἀλλ' ἔρανόν γε τοι [5] λέγω.

XXI. *Phayllus.*

Ἄλεξις δ', ἐν Δημητρίῳ, Φάϋλλόν τινα κωμῳδεῖ ὡς φίλιχθυν, ἐν τούτοις·

Πρότερον μὲν εἰ πνεύσειε βορρᾶς ἢ νότος

1 παρά τινος τῶν ἁλιέων malebam. 2 Carent τοῦ ἁλιέως edd. & ms. *A*. 3 διὰ τὸ λαβεῖν μὲν αὐτὸς ms. *A*. 4 Vulgo ἐν Λόγῳ καὶ λόγον εἶναι. Alibi καὶ Λογίνᾳ. 5 ἔρανόν τοι vulgo.

qui conspici possit, ὀπτὸν *esse*. Idem aliquando per iocum piscem subripuit piscatori, eumque uni dedit ex adstantibus. Cum igitur ad iusiurandum eum adigeret piscator, iuravit ille, *nec se habere piscem, neque alium novisse qui subripuisset:* quoniam scilicet ipse subripuisset, alter vero haberet. Alterum vero edocuerat, ut vicissim ille iuraret, *nec se subripuisse, nec alium nosse qui haberet.* Subripuerat quippe Lasus, habebat autem ipse. Similia vero etiam Epicharmus lusit, velut in Logo & Logina:

A. *Vocavit me Iupiter, Pelopi* - γε ἔρανον *praebens.*
B. *Immo, pessimum obsonium, amice,* γέρανος.
A. *At non* γέρανον *tibi dico, sed* ἔρανόν γε.

21. Alexis vero, in Demetrio, Phayllum notat ut piscium heluonem, his verbis:

Antea, si flabat boreas aut notus

ἐν τῇ θαλάττῃ λαμπρὸς, ἰχθὺς οὐκ ἐνῆν
οὐδενὶ φαγεῖν. Νυνὶ [1] δὲ πρὸς τοῖς πνεύμασι
τούτοις Φάϋλλος προσγέγονε χειμὼν τρίτος. e
ἐπὰν γὰρ ἐκνεφίας καταιγίσας τύχῃ
ἐς τὴν ἀγορὰν, τοὔψον πριάμενος οἴχεται
φέρων ἅπαν τὸ ληφθέν· ὥστε γίγνεται
ἐν τοῖς λαχάνοις τὸ λοιπὸν ἡμῖν ἡ μάχη.

Antiphanis Piſcatrix. Ἀντιφάνης δ', ἐν Ἁλιευομένῃ, φιληδοῦντάς τινας καταλέγων ἰχθύσι, φησί·

Τὰς σηπίας δὸς [2] πρῶτον. Ἡράκλεις ἄναξ,
ἅπαντα τεθολώκασιν. οὐ βαλεῖς πάλιν
εἰς τὴν θάλατταν καὶ πλυνεῖς; μὴ φῶσί σε,
Δωριὰς, ἑώλους [3] σηπίας εἰληφέναι.
Τὸν κάραβον δὲ τόνδε πρὸς τὰς μαινίδας f
ἀπόδος. [4] παχύς γε, νὴ Δί'. Ὦ Ζεῦ, τίς ποτε,

1 νῦν vulgo. 2 Τῆς σηπιάδος vulgo. 3 ἀλλ' οὐδὲ edd. ἀλλ' ὄυε Ms. 4 ἐπίδος corrigit Coray.

in mari vehemens, piſcem licebat
nemini comedere. Nunc ad hos ventos
Phayllus acceſſit, tertia tempeſtas.
Is enim quum velut procella irrumpit
in forum, obſonium quodcumque captum adeſt,
omne emtum abripit: nobisque nonniſi
in olitorio foro relinquitur contentio.

Antiphanes vero, in Piſcatrice, recenſens nonnullos piſcium cupediis deditos, ait:

Sepias da ſtatim. O rex Hercules!
inquinarunt omnia. Quin eas ocyus in maris aquam
coniice rurſus, lavaque: ne te dicant,
Dorias, putres cepiſſe ſepias.
Locuſtam vero hanc ad maenidas
repone. Pinguis valde, per Deum! Proh Iupiter, quis tandem,

ὦ Καλλιμέδων, σὲ κατεδεῖτ' [1] ἄρτι τῶν φίλων;
οὐδεὶς, ὃς ἂν μὴ κατατιθῇ τὰς συμβολάς.
Ὑμᾶς δ' ἔταξα δεῦρο πρὸς τὰ δεξιὰ,
τρίγλας, ἔδεσμα τοῦ καλοῦ Καλλισθένους·
κατεσθίει γοῦν ἐπὶ μιᾷ τὴν οὐσίαν.
Καὶ τὸν Σινώπης γόγγρον ἤδη παχυτέρας
a ἔχοντ' ἀκάνθας, τουτονὶ τὶς [2] λήψεται
πρῶτος προσελθών. Μισγόλας [3] γὰρ οὐ πάνυ
τούτων ἐδεστής. ἀλλὰ κίθαρος [4] οὑτοσί·
ὃν ἂν ἴδῃ, τὰς χεῖρας οὐκ ἀφέξεται.
καὶ μὴν ἀληθῶς τοῖς κιθαρῳδοῖς, ὡς σφόδρα,
ἅπασιν οὗτος ἐπιπεφυκὼς λανθάνει.
Ἀνδρῶν τ' ἄριστον [5] κωβιὸν, πηδῶντ' ἔτι,
πρὸς Πυθιονίκην τὴν καλὴν πέμψαι με δεῖ· [6]
b ἁδρὸς γάρ ἐστιν. ἀλλ' ὅμως οὐ γεύσεται·

1 κατέδετ' ed. Ven. & Baſ. cum Ms. κατεῖδετ' ed. Caſ. 2 τοῦτον εἴ τις vulgo. 3 Σμιγόλας edd. & ſic deinde conſtanter. 4 κίθαρον corrigit Caſaub. 5 Ἀνδρῶν δ' ἄριστον corr. Caſaub. Forſan τὸν ἄριστον. 6 Forſ. μ' ἔδει, *oportebat.*

o Callimedon, te nunc comedet ſodalium?
nemo, quin ſymbolas ante depoſuerit.
Vos vero huc ad dextram ſepoſui,
triglas, cibum pulcri Calliſthenis.
nam & unius cauſſa rem dilapidat ſuam.
At congrum iſtum, cui craſſiores iam, quam Sinopae,
ſunt ſpinae, hunc quidem quilibet habebit
primus qui venerit. Nam Misgolas non admodum
his veſcitur. Sed ecce citharus:
quem ſi viderit, manum non abſtinebit:
revera enim citharoedis ille omnibus
vehementer adhaeret clanculum.
Fortiſſimum hunc gobium, ſalientem adhuc,
ad pulcram Pythionicam me mittere oportebat:
eſt enim grandis. Nec tamen guſtabit illa:

ἐπὶ τὸ τάριχός ἐστιν ὡρμηκυῖα γάρ.
Ἀφύας δὲ λεπτὰς τάσδε, καὶ τὴν τρυγόνα,
χωρὶς Θεανοῖ δεῦρ' ἔθηκ' ἀντιῤῥόπους. [1]

XXII. Misgolas. Πιθανώτατα ἐπὶ τούτοις [2] ὁ Ἀντιφάνης καὶ τὸν Μισγόλαν κεκωμώδηκεν, ὡς ἐσπευδακότα περὶ κιθαρῳδοὺς καὶ κιθαριστὰς ὡραίους. Φησὶ γὰρ ὁ ῥήτωρ Αἰσχίνης, ἐν τῷ κατὰ Τιμάρχου λόγῳ, περὶ αὐτοῦ τάδε· „ Μισγόλας ἐστὶ Ναυκράτους, ἄνδρες Ἀθηναῖοι, Κολυττεὺς, ἀνὴρ τὰ μὲν ἄλλα καλὸς κ' ἀγαθὸς, καὶ οὐδαμῇ ἄν τις αὐτὸν μέμψαιτο· περὶ δὲ τὸ πρᾶγμα C τοῦτο δαιμονίως ἐσπουδακὼς, καὶ ἀεί τινας εἰωθὼς ἔχειν περὶ αὐτὸν κιθαρῳδοὺς, ἢ κιθαριστάς. ταυτὶ δὲ λέγω οὐ τοῦ φορτικοῦ ἕνεκα, ἀλλ' ἵνα γνωρίσητε αὐτὸν ὅστις ἐστίν. " Καὶ Τιμοκλῆς δ' ἐν Σαπφοῖ φησίν·

Ὁ Μισγόλας οὐ προσιέναι σοι φαίνεται,

1 εἰ εὑρέθη κ' ἀντιῤῥ. edd. 2 δ' ἐν τούτοις malueram.

nam salsamenti nunc maxime est cupida.
Apuas has tenues, & pastinacam hanc,
seorsim pro Theano posui, pares illi pondere.

22. Non sine ratione Antiphanes in istis *Misgolam* traduxit, ut pulcrorum citharoedorum & pulsantium citharas amore flagrantem. Dicit enim de eodem Aeschines orator, in Oratione adversus Timarchum, haecce: » Misgolas est, viri Athenienses, Naucratis filius, Colyttensis, vir caetera quidem probus honestusque, in quo nemo quidquam reprehendat: sed huic rei mirum in modum deditus, & semper circa se habere solitus citharoedos nonnullos aut citharam pulsantes. Hoc autem dico, non ut in invidiam eum adducam, sed quo nossetis quis qualisve ille sit. « Similiter Timocles in fabula Sappho ait:

Misgolam ad te nemo videt intrare:

ἀνθοῦσι τοῖς νέοισιν ἠρεθισμένος.

Ἄλεξις δὲ, ἐν Ἀγώνιδι [1] ἢ Ἱππίσκῳ·

Ὦ μῆτερ, ἱκετεύω σε, μὴ 'πίσειέ μοι [2]
τὸν Μισγόλαν· οὐ γὰρ κιθαρῳδός εἰμ' ἐγώ.

XXIII. Pythionica.

d Πυθιονίκην δέ φησι φιληδεῖν ταρίχῳ, ἐπεὶ ἐραστὰς εἶχε τοὺς Χαιρεφίλου τοῦ ταριχοπώλου υἱοὺς, ὡς Τιμοκλῆς ἐν Ἰκαρίοις [3] φησίν·

Ἄνυτος ὁ παχὺς πρὸς Πυθιονίκην ὅταν ἐλθὼν
φάγῃ τί. [4] καλεῖ γὰρ αὐτὸν, ὥς φασιν, ὁπόταν Χαιρεφίλου τοὺς δύο σκόμβρους ξενίσῃ, μεγάλοις [5] ἡδομένη."

καὶ πάλιν·

Ἡ Πυθιονίκη δ' ἀσμένως σε δέξεται,
καὶ σοῦ κατεδεῖται τυχὸν ἴσως ἃ νῦν ἔχεις
λαβὼν παρ' ἡμῶν δῶρ'· ἄπληστός ἐστι γάρ.

1 ἐν 'Αγῶνι edd. 2 μὴ πείσειέ μοι ms. *A*. 3 Vulgo Νικοκλῆς ἐν 'Αχαρίοις. 4 An? φάγῃ. B. Τί; A. Καλεῖ γὰρ &c. 5 μεγάλους vulgo.

florentium adolescentium amore ille flagrat.

Et Alexis, in Agonide sive Equuleo:

O mater, obsecro te, ne incutias mihi
Misgolam: nec enim citharoedus sum ego.

23. *Pythionicam* vero *salsamento delectari* ait Antiphanes, quoniam amatores habuit Chaerephili salsamentarii filios, ut Timocles ait in Icariis:

Anytus obesus quum Pythionicam conveniens comedit cum ea. — Quid ais? — Vocat quippe illum, ut aiunt, quoties Chaerephili duos scombros hospitio excipit, grandibus delectata.

Et iterum:

Pythionica lubens te excipiet,
& tua absumet fortasse quae nunc habes
accepta a nobis dona. Est enim insatiabilis.

Ὅμως δὲ δοῦναί σοι κέλευσον σαργάνας [1] e
αὐτὴν ταρίχους. εὐπόρως γὰρ τυγχάνει
ἔχουσα, καὶ σύνεστι σαπέρδαις [2] δυσὶν,
καὶ ταῦτ' ἀνάλτοις καὶ πλατυῤῥύγχοις τισί.

Πρὸ τούτων δ' ἦν ἐραστὴς αὐτῆς Κωβιός τις ὄνομα.

XXIV. Callimedon, cogn. Carabus, s. Locusta.

Περὶ δὲ Καλλιμέδοντος τοῦ Καράβου, ὅτι καὶ φίλιχθυς ἦν, καὶ διάστροφος τοὺς ὀφθαλμοὺς, Τιμοκλῆς ἐν Πολυπράγμονι· f

— Εἶθ' ὁ Καλλιμέδων ἄφνω
ὁ Κάραβος προσῆλθεν. ἐμβλέπων δέ μοι,
ὡς δ' οὖν [3] ἐδόκει, πρὸς ἕτερον ἄνθρωπόν τινα
ἐλάλει. συνεὶς δέ γ' οὐδὲν εἰκότως ἐγὼ
ὧν ἔλεγεν, ἐπένευον διακενῆς.
τῷ δ' ἄρα βλέπουσι χωρὶς καὶ δοκοῦσιν αἱ a
κόραι. —

1 σαργανίας vulgo. 2 σύνεστιν ἅπερ δ' εἰς edd. 3 Forf. ὥς γ' οὖν.

Verumtamen dare illam tibi iube salsamenti
sportas quasdam. Huius enim suppetit ei
copia; habetque secum saperdas duos,
insulsos illos quidem & latis nasis deformes.

Ante hos vero amator illius fuerat aliquis nomine Gobius.

24. De *Callimedonte*, cui *Carabus* sive *Locusta* fuit cognomen, tradunt Comici, fuisse eum & piscium heluonem, & strabis oculis. Timocles, in Curioso:

— Deinde subito Callimedon
Carabus accessit. Is me adspiciens,
ut quidem videbatur, ad alium quempiam hominem
direxit sermonem. Ego vero, ut consentaneum, nihil eorum intelligens,
quae diceret, loquenti adnuebam inaniter.
Huic homini aliò, atque prae se ferunt, respiciunt
pupillae.

Ἄλεξις δ', ἐν Κρατεύᾳ [1] ἢ Φαρμακοπώλῃ·

A. Τῷ Καλλιμέδοντι γὰρ θεραπεύω τὰς κόρας
ἤδη τετάρτην ἡμέραν. B. Ἦσαν κόραι
θυγατέρες αὐτῷ; A. Τὰς μὲν οὖν τῶν ὀμμάτων·
ἃς οὐδ' ὁ Μελάμπους, [2] ὃς μόνος τὰς Προιτίδας
b ἔπαυσε μαινομένας, καταστήσειεν ἄν.

Ὁμοίως αὐτὸν σκώπτει κἀν τοῖς ἐπιγραφομένοις Συντρέχουσι. εἰς δὲ ὀψοφαγίαν ἐν μὲν Φαίδωνι ἢ Φαιδρίᾳ οὕτως·

A. Ἀγορανομήσεις, ἂν θεοὶ θέλωσι, σύ,
ἵνα Καλλιμέδοντ' εἰς τοὔψον, εἰ φιλεῖς ἐμέ,
παύσῃς καταιγίζοντα δι' ὅλης ἡμέρας.
B. Ἔργον τυράννων, οὐκ ἀγορανόμων, λέγεις.
μάχιμος γὰρ ὡνήρ, [3] χρήσιμος δὲ τῇ πόλει.

c Τὰ αὐτὰ ἰαμβεῖα φέρεται κἀν τῇ ἐπιγραφομένῃ Εἰς τὸ Φρέαρ. ἐν δὲ Μανδραγοριζομένῃ·

1 Κρατίᾳ vulgo. 2 οὐδὲ Μελαμπ. edd. 3 γὰρ ἀνὴρ vulgo.

Alexis, in Crateva seu Medicamentario:

A. *Callimedonti enim iam quartum in diem*
τὰς κόρας (pupulas) curo. B. *Erant igitur κόραι (puellae)*
filiae illi? A. *Oculorum dico pupulas:*
quae ei ut rectae stent ne Melampus quidem,
unus qui Proetidas ab insania sanavit, queat efficere.

Similiter eumdem ridet in fabula quae Concurrentes inscribitur. Ut obsoniorum heluonem vero in Phaedone, sive Phaedria; his verbis:

A. *Aedilis eris, si Diis visum fuerit, tu,*
ut, si me amas, Callimedontem toto die
in pisces procellae in modum irruentem reprimas.
B. *Quod faciunt tyranni, dicis, non quod aediles:*
est enim bellicosus ille vir, & civitati utilis.

Repetunturque iidem iambi in fabula cui titulus Missa ad Puteum. In Mandragoris-utente vero:

— Εἴ τινας μᾶλλον φιλῶ
ξένους ἑτέρους ὑμῶν, γενοίμην ἔγχελυς,
ἵνα Καλλιμέδων ὁ Κάραβος πρίαιτό με.

Ἐν δὲ Κρατεύᾳ·[1]

Καὶ Καλλιμέδων μετ' Ὄρφεως ὁ Κάραβος.

Ἀντιφάνης δ' ἐν Γοργύθῳ·[2]

Ἧττον τ' ἀποσταίην ἂν ὧν προειλόμην,
ἢ Καλλιμέδων γλαύκου πρόοιτ' ἂν κρανίον.

Εὔβουλος δ', ἐν Ἀνασωζομένοις· d

Ἕτεροι δὲ [τοῖς] θεοῖσι συμπεπλεγμένοι,
μετὰ καράβου σύνεισιν, ὃς μόνος βροτῶν[3]
δύναται καταπιεῖν ἐκ ζεόντων λοπαδίων
ἄθρους τεμαχίτας,[4] ὥστ' ἐνεῖναι[5] μηδὲ ἕν.

Θεόφιλος δὲ, ἐν Ἰατρῷ, ἅμα σκώπτων αὐτοῦ καὶ τὸ ἐν λόγοις ψυχρόν·

1 Rursus Κρατίᾳ vulgo. 2 Γεργυθίῳ corr. Reinef. 3 Repetit hîc μόνος Ms. 4 τεμαχήτας vulgo. 5 ὥστε μεῖναι malles cum Corayo.

— Si quos magis diligo
hoſpites quam vos, anguilla velim fieri,
quo me Callimedon Carabus emat.

In Crateva vero:

Et Callimedon Carabus cum Orpheo.

Antiphanes, in Gorgytho:

Minus equidem deſiſtam propoſito,
quam caput glauci miſſum fecerit Callimedon.

Eubulus, in Servatis:

Alii, ad Deos ſeſe adplicantes,
cum Carabo verſantur, qui unus mortalium
deglutire poteſt ferventibus e patinis
quidquid piſcium ineſt, ut ſuperſit nihil.

Theophilus vero in Medico, ſimul frigiditatem illius in dicendo ridens, ait:

„Παῖς δὲ Φιλοτίμως πρὸς [1] αὐτὸν τὸν νεανίσκον [2] ἐγχέλειον [3] παρατέθηκε. τῷ πατρὶ τευθὶς
e ἦν χρηστή. „Πατρίδιον, πῶς ἔχεις πρὸς κάραβον;" — „Ψυχρός ἐστιν, ἄπαγε, φησί· ῥητόρων οὐ γεύομαι."

Φιλήμονος δὲ Μετιόντι εἰπόντος·

Ἀγύῤῥιος [4] δὲ, παρατεθέντος καράβου,
ὡς εἶδεν αὐτὸν „Χαῖρε, πάππα φίλτατε,"
εἴπας, τί ἐποίει; τὸν πατέρα κατήσθιεν.

Ἡρόδικος δ' [5] ὁ Κρατήτιος, ἐν τοῖς Συμμίκτοις Ὑπομνήμασι, τοῦ Καλλιμέδοντος υἱὸν ἀπέδειξεν ὄντα τὸν Ἀγύῤῥιον.

Γεγόνασι δὲ καὶ οἵδε ὀψοφάγοι. Ἀνταγόρας μὲν XXV.
f ὁ ποιητὴς οὐκ εἴα τὸν παῖδα ἀλεῖψαι τὸν ἰχθῦν, ἀλλὰ λοῦσαι· ὥς φησιν Ἡγήσανδρος. Ἐν δὲ στρατοπέδῳ ἕψοντι, φησὶν, αὐτῷ γόγγρων λοπάδα, καὶ πε- Antagoras poëta.

1 πατρὸς edd. 2 τῶν νεανίσκων Ms. 3 ἐγχέλυον edd. ἐγχέλιον Ms. 4 Ἀργύριος edd. & mox rurſus Ἀργύριον. 5 Abeſſe malles coniunctionem.

Puer vero ſtudioſe filio anguillam adpoſuit. Patri loligo erat eximia. » Patercule, quid tibi videtur de carabo? « — » Frigidus eſt, apage, ait: non ſunt meum ad palatum oratores. «

Philemon vero cum in Ambiente ait:

Agyrrius, adpoſitum ſibi carabum
ut adſpexit: » Salve pappa cariſſime! «
cum dixiſſet; quid fecit? patrem comedit.

id quo pertineat, declarat Herodicus Crateteus, in Miſcellis Commentariis; ubi docet, *Callimedontis filium* fuiſſe illum *Agyrrium.*

25. Fuere etiam hi lurcones piſcium. *Antagoras* poëta puerum non ſivit inungere piſcem, ſed lavare ſolum; ut narrat Hegeſander. Eidem in caſtris elixanti congro-

ριεζωσμένῳ, Ἀντίγονος ὁ βασιλεὺς παραστάς· „ Ἆρά γε, εἶπεν, ὦ Ἀνταγόρα, τὸν Ὅμηρον οἴει τὰς τοῦ Ἀγαμέμνονος πράξεις ἀναγράψαι γόγγρους ἕψοντα;“ κἀκεῖνον οὐ φαύλως λόγος [1] εἰπεῖν· „ Σὺ δὲ οἴει, φησὶ, τὸν Ἀγαμέμνονα τὰς πράξεις ἐκείνας ἐργάσασθαι πολυπραγμονοῦντα τίς ἐν τῷ στρατοπέδῳ γόγγρους ἕψει;“ Ὄρνιν δ' ἕψων ποτὲ ὁ Ἀνταγόρας, οὐκ, ἔφη, βαδιεῖσθαι εἰς τὸ βαλανεῖον, εὐλαβούμενος μή ποτε οἱ παῖδες τὸν ζωμὸν ἐκροφήσωσι. Φιλοκύδους δ' εἰπόντος, ὅτι ἡ μήτηρ τηρήσει· „ Ἐγὼ γ' οὖν, εἶπε, a τῇ μητρὶ ὀρνίθειον [2] ζωμὸν πιστεύσω; Καὶ Ἀνδροκύδης δ' ὁ Κυζικηνὸς, ζωγράφος, φίλιχθυς ὤν, ὡς ἱστορεῖ Πολέμων, ἐπὶ τοσοῦτον ἦλθεν ἡδυπαθείας, ὡς καὶ τοὺς περὶ τὴν Σκύλλαν ἰχθῦς κατὰ σπουδὴν γράψαι. [3]

XXVI. Philoxenus polypi esu moritur.

Περὶ δὲ Φιλοξένου τοῦ Κυθηρίου διθυραμβοποιοῦ Μάχων ὁ κωμῳδιοποιὸς τάδε γράφει·

1 Deest λόγος edd. & ms. *A*. 2 ὀρνίθιον edd. 3 γράψας ms. *Ep.*

rum patinam, & fuccincto, (ut fcribit idem Hegefander) adftans rex Antigonus, ait: *At putas-ne, Antagora, Homerum res geftas Agamemnonis fcripfiffe congros elixantem?* Cui ille non infcite refpondit: *Tu-ne vero putas, Agamemnonem res illas geffiffe curiofe inquirentem quis in caftris congros elixet?* Aliquando gallinam elixans Antagoras, in balneum fe iturum negavit, timens ne iusculum abforbeant pueri. Cui quum diceret Philocydes, matrem ne id fiat curaturam: *Matri igitur*, inquit, *ego iusculum gallinaceum crederem?* Porro *Androcydes* Cyzicenus, pictor, cum pifcium efu admodum delectaretur, ut ait Polemon, voluptati quam ex eis capiebat ita indulfit, ut etiam illos circa Scyllam pifces fummo ftudio depingeret.

26. De *Philoxeno* vero *Cytherio*, poëta dithyrambico, Macho comicus haec fcribit:

Ὑπερβολῇ λέγουσι τὸν Φιλόξενον,
τῶν διθυράμβων τὸν ποιητὴν, γεγονέναι
b ὀψοφάγον. εἶτα πουλύποδα πηχῶν δυεῖν
ἐν ταῖς Συρακούσαις ποτ' αὐτὸν ἀγοράσαι,
καὶ σκευάσαντα, καταφαγεῖν ὅλον σχεδὸν,
πλὴν τῆς κεφαλῆς. ἁλόντα δ' ὑπὸ δυσπεψίας,
κακῶς ἔχειν σφόδρ'· εἶτα δ' [1] ἰατροῦ τινος
πρὸς αὐτὸν εἰσελθόντος, ὃς [2] φαύλως πάνυ
ὁρῶν φερόμενον αὐτὸν, [3] εἶπεν· „Εἴ τι σοι
ἀνοικονόμητόν ἐστι, διατίθου ταχὺ,
Φιλόξεν'· ἀποθανῇ γὰρ ὥρας ἑβδόμης."
c κἀκεῖνος εἶπε· „Τέλος ἔχει τὰ πάντα μοι,
ἰατρὲ, φησὶ, καὶ δεδιοίκηται πάλαι.
τοὺς διθυράμβους σὺν θεοῖς καταλιμπάνω
ἠνδρωμένους, καὶ πάντας ἐστεφανωμένους·

1 Vulgo σφόδρ' ἔχειν· εἶτ' ἰατροῦ. 2 ὡς edd. 3 Vulgo ὁρῶν αὐτὸν φερόμενον.

Philoxenus poëta dithyrambicus
comedo fuiſſe fertur egregiiſſimus.
Siculis Syracuſis qui cum olim polypum
emiſſet bicubitali magnitudine,
probe condîtum totum prope deglutiit:
caput ſupererat. Mox ventriculi cruditas
gravem concivit morbum. Medicus advenit;
qui cum videret quanto cum periculo
homo aegrotaret: „Si quid, ait, Philoxene,
tibi ordinatum minus eſt in rebus tuis,
hoc age quamprimum, ut hora abiturus ſeptima."
Reſpondit ille: „Rebus providi meis
iampridem, medice, finemque impoſui omnibus.
Ope Divûm dithyrambos aetatis ſuae
relinquo, praeterea coronis inclytos:

οὓς [1] ἀνατίθημι ταῖς ἐμαυτοῦ συντρόφοις
Μούσαις, Ἀφροδίτην καὶ Διόνυσον ἐπιτρόπους.
ταῦθ' αἱ διαθῆκαι διασαφοῦσιν. Ἀλλ', ἐπεὶ
ὁ Τιμοθέου Χάρων σχολάζειν οὐκ [2] ἐᾷ,
οὐκ τῆς Νιόβης, χωρεῖν δὲ πορθμὸν [3] ἀναβοᾷ,
καλεῖ δὲ μοῖρα νύχιος, ἧς κλύειν χρεών· d
ἵν' ἔχων ἀποτρέχω πάντα τἀμαυτοῦ κάτω,
τοῦ πολύποδός μοι τὸ κατάλοιπον ἀπόδοτε."

Κἀν ἄλλῳ δὲ μέρει φησί·

Φιλόξενός ποθ', ὥς λέγουσ', ὁ Κυθήριος,
εὔξατο τριῶν ἔχειν τὸν λάρυγα [4] πήχεων·
ὅπως καταπίνω, φησίν, ὅτι πλεῖστον χρόνον,
καὶ πάνθ' ἅμα μοι τὰ βρώμαθ' ἡδονὴν ποῇ.

Diogenis Cynici obitus.

Καὶ Διογένης δὲ ὁ Κύων ὠμὸν πολύποδα καταφαγών, e ἐπιθεμένης [5] αὐτῷ τῆς γαστρὸς ἀπέθανε. Περὶ δὲ τοῦ

1 Grotius: οἷς ἀνατ. τὰς ἐμ. συντρόφους Μούσας. 2 σχολ. μ' οὐκ ἐᾷ edd. 3 πορθμίδ' corrigunt. 4 τὸν λάρυγγα vulgo. λάρυγγα absque τὸν corrigunt docti. 5 An ἐποιδουμένης?

tutores his do facio meas collacteas
Musas, ipsamque Venerem simul & Liberum.
Haec testamenti summa est. Nunc quando otium
mihi non concedit ille Timothei Charon
ex Niobe, Transfretandum est! adclamans mihi,
vocatque nigra Parca ineluctabilis;
ut ad inferos res cunctas deportem meas,
age huc adferte quod reliquum est de polypo.

Aliibique ait idem:

Philoxenus ille, fama ut fert, Cytherius,
» Utinam dicebat, tricubitalem gutturem
habeam, ut glutire possem multo tempore,
pariterque omnigenis memet oblectem cibis. «

Sed & *Diogenes* Canis, devorato crudo polypo, citata alvo (*sive*, tumente alvo) mortuus est. De Philoxeno

Φιλοξένου καὶ ὁ παρῳδὸς Σώπατρος λέγων, Φησί·

Δισσαῖς γὰρ ἐν μέσσαισιν ἰχθύων φοραῖς
ἧσται τὸν Αἴτνης ἐς μέσον λεύσσων σκοπόν. [1]

Καὶ Ὑπερείδης δὲ ὁ ῥήτωρ ὀψοφάγος ἦν, ὥς φησι Τιμοκλῆς ὁ κωμικὸς, ἐν Δήλῳ, διηγούμενος τοὺς f παρὰ Ἁρπάλου δωροδοκήσαντας. γράφει δ' οὕτως·

XXVII. Hyperides orator.

A. Δημοσθένης τάλαντα πεντήκοντ' ἔχει.
B. Μακάριος, εἴ περ μεταδίδωσι μηδενί.
A. Καὶ Μοιροκλῆς [2] εἴληφε χρυσίον πολύ.
B. Ἀνόητος ὁ διδοὺς, εὐτυχὴς δ' ὁ λαμβάνων.
A. Εἴληφε [3] καὶ Δήμων τε καὶ Καλλισθένης.
B. Πένητες ἦσαν, ὥστε συγγνώμην ἔχω.
A. Ὅ τ' ἐν λόγοισι δεινὸς Ὑπερείδης ἔχει.
a B. Τοὺς ἰχθυοπώλας οὗτος ἡμῶν πλουτιεῖ·
ὀψοφάγος, [4] ὥστε τοὺς λάρους εἶναι Σύρους.

1 An σχύφον? 2 Μητροκλῆς edd. 3 Εἶτ' εἴληφε mssti. 4 Vulgo ὀψοφάγος γὰρ ὥστε.

vero Sopater etiam Parodus loquens, dixit:

Duo inter piscium fercula delectatus est
in medium Aetnae craterem introspicere.

27. Fuit quoque piscium lurco *Hyperides* orator, ut ait Timocles comicus in Delo, ubi eos recenset qui ab Harpalo dona acceperunt. Scribit autem sic:

A. *Talenta quinquaginta habet Demosthenes.*
B. *Beatus, si participat inde neminem.*
A. *Et auri vim non parvam accepit Moerocles.*
B. *Felix qui accepit: stultus autem qui dedit.*
A. *Accepit etiam Demon & Callisthenes.*
B. *Danda his est venia: nam pauperiores erant.*
A. *Habet & Hyperides, promtus eloquentiâ.*
B. *Piscarios ditabit, tantus piscium*
comedo, lari ut Syri sint, si ad eum compares.

Καὶ ἐν Ἰκαρίοις δὲ ὁ αὐτὸς ποιητής φησιν·

Τόν τ' ἰχθυόῤῥουν [1] ποταμὸν Ὑπερείδην πέρα,
ὃς ἠπίαις [2] φωναῖσιν, ἔμφρονος λόγου
κόμποις παφλάζων, ἠπίοις πυκνώμασι
πρὸς πᾶν δύσας [3] ἔχει * *
μισθωτὸς ἄρδει πεδία τοῦ δεδωκότος.

Φιλέταιρος δ' ἐν Ἀσκληπιῷ τὸν Ὑπερείδην πρὸς τῷ ὀψοφαγεῖν καὶ κυβεύειν αὐτόν φησί· καθάπερ καὶ b

Callias. Καλλίαν τὸν ῥήτορα Ἀξιόνικος, ἐν Φιλευριπίδῃ·

„Ἄλλον δὲ ἰχθὺν μεγέθει πίσυνόν τινα τοῖσδε τόποις ἥκει κομίσας [4] Γλαυκός τις ἐν πόντῳ γαλεοὺς, [5] σῖτον ὀψοφάγων, καὶ λίχνων ἀνδρῶν ἀγάπημα. Φέρω [6] κατ' ὤμων. τίνα [7] τῷδ' ἐνέπω τὴν σκευασίαν. πότερον χλωρῷ τρίμματι βρέξας, ἢ τῆς ἀγρίας ἅλμης λιάσμασι [8] σῶ-

1 ἰχθυόῤῥον edd. 2 Vulgo πέρασον σηπίαις. 3 προσπανδύσας vulgo, velut una voce. 4 κομίξας ed. Cas. 5 γαλεὸς edd. ἐκ Πόντου γαλεὸν coni. Cas. cum Dalec. 6 φέρων coni. Iacobs. 7 κατ' ὤμων νιν coniiciunt iidem. 8 λιπάσμασι coni. Cas.

Et in Icariis idem poëta ait:

Et piscosum fluvium Hyperidem traiice,
qui leni sonitu, prudentis sermonis
strepitu aestuans, placidis frequentamentis
*ad omnia descendens, habet * **
mercede conductus rigat campos eius qui dedit.

Philetaerus vero, in fabula Aesculapio, praeter obsonii voracitatem etiam aleatorem fuisse Hyperidem ait; quod ipsum & de *Callia* oratore Axionicus significat in Phileuripide:

» *Alium piscem quemdam magnitudine fidentem in haec loca venit advehens Glaucus aliquis ex Ponto galeum; cibum heluonibus piscium, & lurconum hominum delicias. Eum humeris fero. Quem quonam modo parandum dicam? utrum viridi intrito rigans, an merâ muriâ tepidâ mace-*

μα λιπάνας πυρὶ παμφλέκτῳ παραδώσω. ἔφα
τις ὡς [1] ἅλμῃ θερμῇ τοῦτο φάγοι γ' ἑφθὸν
c ἀνὴρ Μοσχίων φίλαυλος. βοᾷ δ' ὄνειδος ἴδιον,
ὦ Καλαΐδη· σὺ μὲν ἀμφὶ σῦκα κ' ἀμφὶ τά-
ριχ' ἀγάλλῃ·[2] τοῦ δ' ἐν ἅλμῃ παρεόντος οὐ
γεύῃ χαρίεντος ὄψου."

τὰ μὲν σῦκα ὡς ἂν συκοφάντην λοιδορῶν, τὰ δὲ ταρί-χη μή ποτε καὶ ὡς αἰσχροποιοῦντος. Καὶ ὁ Ἕρμιππος δέ φησιν, ἐν τρίτῳ Περὶ τῶν Ἰσοκράτους Μαθητῶν, ἑωθινὸν τὸν Ὑπερείδην ποιεῖσθαι νῦν τοὺς περιπάτους ἐν τοῖς Ἰχθύσιν.

XXVIII. Aristoteles. Matron, sophista.

Τίμαιος δ' ὁ Ταυρομενίτης,[3] καὶ Ἀριστοτέλη τὸν φιλόσοφον ὀψοφάγον, φησὶ, γεγονέναι. Καὶ Μά-
d τρων δ' ὁ σοφιστὴς ὀψοφάγος ἦν. δηλοῖ δὲ τοῦτο Ἀντιφάνης ἐν Κιθαρῳδῷ, οὗ ἡ ἀρχή·

1 An ἔφατ' ἴσως? φάτις ὡς coni. Iacobs. 2 ἀμφὶ ταρίχης ἀγάλλῃ edd. ἀμφὶ ταρίχη γ' ἀγάλλῃ corr. Casaub. 3 Ταυρομενείτης ms. *Ep.*

ratum corpus flagranti igni tradam? Dicat aliquis, calida in muria lubenter hoc elixatum comesturum Moschionem, tibiarum studiosum. Clamat vero convicium proprium, o Calaide: tu enim ficis gaudes, & salsamentis; bellum autem obsonium, quod in muria adponitur, non gustas.

Quibus verbis *ficos* ei exprobrat, ut sycophantae: *salsamenta* vero, ut videtur, tamquam turpia quoque facienti. Hermippus vero etiam, tertio libro de Isocratis Discipulis, ait, mane nunc *Hyperidem scholas suas habere in Foro piscario.*

28. Timaeus vero Tauromenita ait, *Aristotelem* etiam fuisse piscium lurconem. Sed *Matro* sophista haud dubie ex eorum numero fuit. Declarat hoc Antiphanes in Citharoedo, cuius hoc est initium:

Οὐ ψεῦδος οὐδὲν φησίν. — —
Ὀφθαλμὸν ὤρυττέν τις, ὥσπερ ἰχθύος
Μάτρων, [1] προσελθών.

Ἀναξίλας δ' ἐν Μονοτρόπῳ·
Τοῦ κεστρέως κατεδήδοκεν τὸ κρανίον,
ἀναρπάσας Μάτρων. [2] ἐγὼ δ' ἀπόλλυμαι.

Ὑπερβολὴ γαστριμαργίας τὸ καὶ ἁρπάζειν ἐσθίοντα· καὶ ταῦτα κρανίον κεστρέως. εἰ μὴ ἄρα οἱ περὶ ταῦ- e τα [3] δεινοὶ ἴσασιν ἐνόν τι χρήσιμον ἐν κεστρέως κρανίῳ, ὅπερ ἐστὶ [4] τῆς Ἀρχεστράτου λιχνείας ἐμφανίσαι ἡμῖν.

XXIX. Antiphanis Divites.

Ἀντιφάνης δ' ἐν Πλουσίοις κατάλογον ποιεῖται ὀψοφάγων ἐν τούτοις·
— Εὔθυνος δ', ἔχων
σανδάλια [5] καὶ σφραγῖδα, καὶ μεμυρισμένος,

1 Μάτων ms. *A*. 2 Rursus Μάτων ms. *A*. 3 περὶ αὐτὰ edd. 4 Vulgo ὃ πάρεστι. 5 σανδάλιον vulgo.

Profecto non mentitur. — —
Oculum accedens quispiam exsculpsit, sicut piscibus solet Matro.

Et Anaxilas, in Morofo:
Mugilis devoravit caput
raptum Matro: ego vero perii.

Extremae quidem ingluviei est, rapere cibum inter edendum, praesertim mugilis caput: nisi forte harum rerum periti noverint boni quidpiam inesse in mugilis capite; quod quidem ad Archestrati gulam pertinebat, ut nobis declararet.

29. Antiphanes vero, in Divitibus, recensum facit gulonum, his versibus:
— *Euthynus nitens,*
unguenta redolens, cum sandalio atque annulo,

ἐλογίζετό τι [1] τῶν πραγμάτων, οὐκ οἶδ᾽ ὅ τι.
f Φοινικίδης δὲ, Ταυρέας θ᾽ ὁ φίλτατος,
ἄνδρες παλαιοὶ ὀψοφάγοι τοῖοί τινες, [2]
οἷοι καταβροχθίζειν ἐν ἀγορᾷ τὰ τεμάχη,
ὁρῶντες ἐξέθνησκον ἐπὶ τῷ πράγματι,
ἔφερόν τε δεινῶς τὴν ἀνοψίαν πάνυ.
κύκλους δὲ συναγείροντες [εἶτ᾽] ἔλεγον τάδε·
„Ὡς οὐ βιωτόν ἐστιν, οὐδ᾽ ἀνασχετὸν,
τῆς μὲν θαλάττης ἀντιποιεῖσθαί τινας
a ὑμῶν, ἀναλίσκειν τε πολλὰ χρήματα,
ὄψου δὲ μηδὲν [ἐνθαδ᾽] [3] εἰσπλεῖν, μηδὲ γρῦ.
Τί οὖν ὄφελος τῶν νησιαρχῶν ἐστί; δεῖ [4]
νόμῳ κατακλεῖσαι τοῦτο, παραπομπὴν ποιεῖν
τῶν ἰχθύων. Νυνὶ δὲ [5] Μάτρων [6] συνήρπακε
τοὺς ἁλιέας· καὶ Διογείτων, νὴ Δία,

1 Abest τι vulgo. 2 πάλαι ὀψοφάγοι τοιοῦτοί τινες Ms. 3 Deest ἐνθαδ᾽ edd. 4 δὴ Ms. 5 Νῦν δὲ vulgo. 6 μακρῷ Ms.

nescio quid secum mussitabat reputans.
At Taureas amicus, & Phoenicides,
tanti inde ab antiquo helluones piscium,
fragmenta ut ipso deglutirent in foro,
ad hoc spectaculum stabant velut emortui;
graviterque ferentes parcitatem obsonii,
implebant hisce circulos rumoribus:
» Quam vita non vitalis, nec tolerabilis!
Sunt ergo ex vobis qui maris sibi vindicant
curam, atque insumunt multum in eam pecuniae,
cum nihil interea piscium huc adnaviget?
Quid ergo opus est praesidibus insularibus?
Sciscenda lex, ut piscium importatio
huc fiat: nam nunc piscatores occupat
Matron: Diogiton quoque persuasit omnibus

ἁπάντας [1] ἀναπέπεικεν ὡς αὐτὸν φέρειν,
κοὐ δημοτικόν γε τοῦτο δρᾷ, τοιαῦτα φλῶν.
γάμοι δ' ἐκεῖνοι [2] καὶ πότοι [3] νεανικοὶ
ἦσαν." —

Εὔφρων [4] δὲ, ἐν Μούσαις· b

Φοινικίδης δ' ὡς εἶδεν ἐν πλήθει νέων [5]
μεστὴν ζέουσαν λοπάδα Νηρείων τέκνων,
ἐπίσχετ' ὀργῇ χεῖρας ἠρεθισμένας.
„Τίς φησιν εἶναι δεινὸς ἐκ κοινοῦ φαγεῖν; [6]
τίς ἐκ μέσου τὰ θερμὰ δεινὸς ἁρπάσαι;
ποῦ Κόρυδος, ἢ Φυρόμαχος, ἢ Νίλλου [7] βία;
ἴτω πρὸς ἡμᾶς, καὶ τάχ' οὐδὲν μεταλάβοι."

XXX. Melanthius tragicus.

Τῆς αὐτῆς ἰδέας καὶ Μελάνθιος ἦν, ὁ τῆς τραγῳδίας ποιητής. ἔγραψε δὲ καὶ [8] Ἐλεγεῖα. κωμῳδοῦσι δ' αὐτὸν ἐπὶ ὀψοφαγίᾳ Λεύκων ἐν Φράτερσιν, [9] Ἀρι- c

1 πάντας vulgo. 2 δὲ κενεοὶ corr. Grotius; δ' ἐκείνοις Kopp. 3 ποτοὶ vulgo. 4 Εὐφάνης vulgo. 5 νεῶν edd. 6 φυγεῖν edd. 7 κοίλου edd. 8 Deest καὶ edd. 9 Φράτορσιν malles.

ad se ut deferrent piscium omnem copiam;
quam devorando, rem non popularem facit.
In nuptiis namque & iuvenum conviviis
mera vastitudo est.

Euphron, in Musis:

Phoenicides ut vidit in iuvenum coetu
plenam patinam ferventem filiorum Nerei,
continens manus irâ concitatas:
» Quis est, inquit, qui confidit arte parasitica,
quis valens calidos cibos de communi rapere?
ubi est Corydon, aut Phyromachus, aut Nilli virtus?
huc accedat, fortasse nullius horum particeps fiet! «

30. Eiusdem generis etiam *Melanthius* fuit, tragicus poëta; qui & elegias scripsit. Quem ob obsonii voracitatem luserunt Leucon, in Tribulibus; Aristophanes,

στοφάνης ἐν Εἰρήνῃ, Φερεκράτης ἐν Πετάλῃ. ἐν δὲ τοῖς Ἰχθύσιν Ἄρχιππος, τῷ δράματι, ὡς ὀψοφάγον δήσας παραδίδωσι τοῖς ἰχθύσιν ἀντιβρωθησόμενον. Ἀλλὰ μὴν καὶ Ἀρίστιππος ὁ Σωκρατικὸς ὀψοφάγος ἦν· ὅστις καὶ [1] ὑπὸ Πλάτωνός ποτε ὀνειδιζόμενος ἐπὶ τῇ ὀψοφαγίᾳ, ὥς φησι Σωτίων καὶ Ἡγήσανδρος. γρά-
d φει δὲ οὕτως ὁ Δελφός· „Ἀρίστιππος, Πλάτωνος ἐπιτιμήσαντος αὐτῷ διότι πολλοὺς ἰχθῦς ἠγόρασε, δυοῖν ὀβολοῖν ἔφησεν ἐωνῆσθαι. τοῦ δὲ Πλάτωνος εἰπόντος, ὅτι καὶ αὐτὸς ἂν ἠγόρασα τοσούτου· ὁρᾷς οὖν, εἶπεν, ὦ Πλάτων, ὅτι οὐκ ἐγὼ ὀψοφάγος, ἀλλὰ σὺ φιλάργυρος.“ Ἀντιφάνης δ', ἐν Αὐλητρίδι ἢ Διδύμαις, Φοινικίδην τινὰ [2] ἐπ' ὀψοφαγίᾳ κωμῳδῶν φησίν·

Archippi Pisces.

Aristippus & Plato.

Ὁ μὲν Μενέλαος [3] ἐπολέμησεν ἔτη δέκα
τοῖς Τρωσὶ διὰ γυναῖκα τὴν ὄψιν καλήν,

1 Commodius foret ὁ καὶ ὑπ. 2 τὸν Φοινικίδην malebam. 3 Ὁ Μενέλαως edd. & carent μὲν edd. & mssti.

in Pace; Pherecrates, in Petala. Archippus vero, in fabula Piſcibus, ut piſcium heluonem, vinctum eumdem tradit piſcibus viciſſim devorandum. Sed & *Ariſtippus* Socraticus obſonii avidus erat: quo nomine eum aliquando reprehenſum a Platone narrant Sotion & Hegeſander. Qua de re ſic ſcribit Delphus: » Ariſtippus, reprehenſus a Platone quod piſcium magnum emiſſet numerum, duobus obolis ſe eos emiſſe, dixit. Cui quum Plato reſpondiſſet, eo pretio & ipſum emturum eos fuiſſe: vides igitur, inquit, mi Plato, non tam me obſonii avidum eſſe, quam te pecuniae cupidum. « Antiphanes vero, in Tibicina ſive Gemellis, Phoenicidem, ob obſonii voracitatem traducens, ait:

Menelaus annos decem bellum fecit
Troianis formoſam ob mulierem,

Φοινικίδης δὲ Ταυρέα δι᾽ ἔγχελυν.

XXXI.

Philocrates orator.

Δημοσθένης δὲ ὁ ῥήτωρ Φιλοκράτην, ἐπειδὴ ἐκ τοῦ e προδοτικοῦ χρυσίου πόρνας καὶ ἰχθῦς ἠγόραζεν, εἰς ἀσέλγειαν καὶ ὀψοφαγίαν λοιδορεῖ. Διοκλῆς δὲ, ὁ [1] ὀψοφάγος, ὥς φησιν Ἡγήσανδρος, πυθομένου τινὸς αὐτοῦ, πότερος χρηστότερος ἰχθῦς, γόγγρος ἢ λάβραξ· ὁ μὲν, ἐφθός· ἔφη· ὁ δὲ, ὀπτός. Ὀψοφάγος δ᾽ ἦν καὶ Λεοντεὺς ὁ Ἀργεῖος, τραγῳδὸς, Ἀθηνίωνος μὲν μαθητὴς, οἰκέτης δὲ γενόμενος Ἰόβα τοῦ Μαυρουσίων βασιλέως, ὥς φησιν Ἀμάραντος ἐν τοῖς Περὶ Σκηνῆς, γεγραφέναι φάσκων εἰς αὐτὸν τόδε τὸ ἐπίγραμμα f τὸν Ἰόβαν, ὅτε κακῶς τὴν Ὑψιπύλην ὑπεκρίνατο·

Iubae Epigramma in tragoedum.

Μή γε [2] Λεοντῆος τραγικοῦ κιναρηφάγου ἦθος [3]
λεύσων, [4] Ὑψιπύλης ἐς κακὸν ἦτορ [5] ὅρα.
Ἤμην [6] γάρ ποτ᾽ ἐγὼ Βάκχῳ φίλος, οὐδέ τινων δὲ [7]

1 Abeſt artic. edd. 2 Μή με vulgo. 3 κεναρήφαγου ἦχος vulgo. 4 χεύσσων edd. 5 ἦθος, *perſonam*, corr. Caſaub. 6 Ἣν μὲν ed. Caſ. 7 οὐδέ τινων δὴ edd.

Phoenicides vera Taureae ob anguillam.

31. Demoſthenes vero orator *Philocratem*, quod auro proditionis cauſſa accepto ſcorta & piſces emere conſueverat, ut flagitioſum & heluonem notavit. *Diocles* vero, obſonii lurco, ut narrat Hegeſander, cum ex eo quaeſiviſſet aliquis, uter piſcis melior, conger, an lupus? reſpondit: ille elixus, hic aſſus. Obſonii lurco fuit etiam *Leonteus* Argivus, tragoedus, Athenionis diſcipulus, domeſticus Iubae, regis Mauritaniae, ut tradit Amarantus in libro de Scena; ubi ait, cum Hypſipylen male egiſſet, ſcripſiſſe in eum Iubam tale epigramma:

Leontei tragici cinarae-lurconis ingenium
ſpectaturus, ne Hypſipyles aegrum pectus reſpice.
Fui enim ego quondam Baccho carus, nec ille ſonos

γῆρυν χρυσοβόλοις [1] οὔασιν ἠγάσατο.
Νῦν δέ με χυτρόποδες κεραμοι, καὶ ξηρὰ τάγηνα [2]
a χήρωσαν [3] φωνῆς, γαστρὶ χαριζόμενον. [4]

XXXII. Luconum lusus.

Φόρουσκον δὲ, φησὶν Ἡγήσανδρος, τὸν ἰχθυοφάγον, οὐ δυνηθέντα ὅσον ἤθελεν ἀφελεῖν τοῦ ἰχθύος, ἀλλ' ἀκολουθήσαντος [5] αὐτῷ πλείονος, εἰπεῖν·

Τὰ δ' ἀντιτείνοντ' αὐτόπρεμν' ἀπόλλυται·

καὶ ὅλον τὸν ἰχθῦν ἀναλῶσαι. Βίων [6] δὲ, προαρπάσαντός τινος τὰ ἐπάνω τοῦ ἰχθύος, στρέψας καὶ αὐτὸς, καὶ δαψιλῶς φαγὼν, ἐπεῖπεν·

Ἰνὼ δὲ τἀπὶ θάτερ' ἐξειργάζετο.

b Θεόκριτος δ' ὁ Χῖος, τελευτησάσης τῆς γυναικὸς Διοκλεῖ τῷ ὀψοφάγῳ, ἐπειδὴ ποιῶν αὐτῇ τὸ περίδειπνον πάλιν ὠψοφάγει [7] κλαίων ἅμα· „Παῦσαι, φησὶ, κλαίων, ὦ πόνηρε· οὐδὲν γὰρ πλέον ὀψοφαγῶν ποιή-

1 χρυσοβόροις, *aurivoris*, corr. Casaub. 2 τήγανα ξηρὰ edd. 3 χώρησαν edd. 4 χαριζόμενοι vulgo. 5 An ἀλλὰ κολουθέντος? 6 Alibi Ζήνων dixerat. 7 Temere ὀψοφάγοι ed. Cas. Mox eadem, ὦ πονηρέ: & ποιήσης.

cuiusquam auro - perculsis auribus probavit.
Nunc me vero pediculatae ollae siccaeque sartagines
privarunt voce, ventri gratificantem.

32. Phoruscum gulosum, narrat Hegesander, cum de pisce quantum voluerat auferre non potuisset, sed maior pars eum secuta esset, dixisse:

Quae resistunt, pereunt stirpitus:

totumque piscem absumsisse. Bion vero, quum superiorem piscis partem proripuisset aliquis, invertit piscem, largiterque pastus, ait,

Ino ab altera parte negotium confecit.

Theocritus Chius, defuncta uxore Dioclis heluonis, quum parato funeris caussa silicernio maritus rursus valide se obsonio ingurgitaret, lacrymas simul profundens: *Desine plorare*, inquit, *miser: obsonando enim nihil*

σεις." Τοῦ δ' αὐτοῦ καὶ τὸν ἀγρὸν καταβεβρωκότος εἰς ὀψοφαγίαν, ἐπειδὴ θερμόν ποτε καταβροχθίσας ἰχθῦν ἔφησε τὸν οὐρανὸν κατακεκαῦσθαι· ,, Λοιπὸν, ἔφησεν, ἐστὶν, ὁ Θεόκριτος, σοὶ καὶ τὴν θάλασσαν ἐκπιεῖν, καὶ ἔσῃ τρία τὰ μέγιστα ἠφανικὼς, γῆν, καὶ θάλασσαν, καὶ οὐρανόν." Κλέαρχος δὲ, ἐν τοῖς C Περὶ Βίων, Φίλιχθύν τινα ἀναγράφων, φησὶν οὕτως· ,,Τέχνων ὁ παλαιὸς αὐλητὴς, [1] Χάρμου τοῦ αὐλητοῦ τελευτήσαντος, (ἦν δὲ Φίλιχθυς) ἀποπυρίδας ἐπὶ τοῦ μνήματος ἐνήγιζεν αὐτῷ." Καὶ Ἄλεξις δ' ὁ ποιητὴς ἦν ὀψοφάγος, ὡς ὁ Σάμιός φησι Λυγκεύς· καὶ σκωπτόμενος ὑπό τινων σπερμολόγων εἰς ὀψοφαγίαν, [2] ἐρομένων τε ἐκείνων τί ἂν ἥδιστα φάγοι, ὁ Ἄλεξις· ,,Σπερμολόγους, ἔφη, πεφρυγμένους."

XXXIII. Nothippus tragicus.

Νόθιππον δὲ τὸν τραγῳδιοποιὸν [3] Ἕρμιππος ἐν ταῖς Μοίραις φησίν·

1 αὐλητὰς edd. 2 εἰς ἀδδηφαγίαν ms. *Ep.* 3 ὃν vulgo inferunt:

proficics. Idem alienati agri pretium in gulam abſumſerat: quo ſpectans Theocritus, cum ille ferventem piſcem mandens *exuſtum ſibi palatum* (τὸν οὐρανὸν) quereretur; *Supereſt tibi*, ait, *ut mare ebibas, & tria quae ſunt maxima abſumſeris, terram, mare, & coelum;* (τὸν οὐρανόν.) Clearchus, in Vitarum libris, piſcium lurconem quemdam memorans, ita ſcribit: » Technon olim tibicen, cum e vita exceſſiſſet Charmon tibicen, qui ſtrenuus fuerat obſonii vorator, *apopyride*, id eſt, ingeſta in tumulum piſcium ſartagine fervida, parentavit mortuo. « Fuit & poëta Alexis, ut narrat Lynceus Samius, obſoniorum avidus: qui cum ob eam cauſſam rideretur a nonnullis garrulis, ex eo quaerentibus quonam *cibo* maxime delectaretur: *garrulis*, inquit, (*aviculis*) *frixis.*

33. De Nothippo, tragico poëta, Hermippus in Parcis haec ait:

d Εἰ δ' ἦν τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων
τῷ νῦν [1] τοιόνδε μάχεσθαι,
καὶ βατὶς αὐτῶν ἡγεῖτ' ὀπτὴ
μεγάλη καὶ πλευρὸν ὕειον·
τοὺς μὲν ἄρ' ἄλλους οἰκουρεῖν χρῆν,
πέμπειν δὲ Νόθιππον ἕν' ὄντα. [2]
εἷς γὰρ μόνος ὢν κατεβρόχθισεν ἂν
τὴν Πελοπόννησον ἅπασαν.

Ὅτι δὲ οὗτος ἦν ὁ ποιητὴς, σαφῶς παρίστησι Τηλεκλείδης ἐν Ἡσιόδοις. Μυνίσκος ὁ [3] τραγικὸς ὑποκριτὴς κωμῳδεῖται ὑπὸ Πλάτωνος ἐν Σύρφακι ὡς ὀψοφάγος, οὕτως·

e A. Ὅδὶ μὲν Ἀναγυράσιος ὀρφῶς ἐστί σοι,
ὃν οὐθ' ὁ [4] φίλος Μυνίσκος [5] ἔσθοι [6] ὁ Χαλκιδεύς.
B. Καλῶς λέγεις. —

forsan ὀψοφάγον debuerant, aut tale aliquod nomen. 1 τῶν νῦν vulgo. 2 ἐχόντα vulgo. 3 δ' ὁ τραγ. malebam. 4 Ταῦθ' ὡς edd. θ' οὖθ' ὡς Ms. ὃν οὐδ' malim. 5 Μύννιχος h. l. Ms. 6 ἔσοιθ' edd. ἔσοθ' Ms.

Si hoc tale hominum genus
ei, quod nunc est, bellum inferret,
eisque praeesset raia assa
magna, latusque suillum;
caeteros oporteret domi manere,
unumque mitti Nothippum:
is enim solus per se deglutiret
Peloponnesum totam.

Poëtam autem fuisse hunc, perspicue docet Teleclides in Hesiodis. Porro Myniscus, tragoediarum actor, a Platone in Syrphace traducitur ut piscium heluo:

A. *En tibi Anagyrensem orphum,*
quem ne amicus quidem Myniscus devorare possit, Chalcidensis.
B. *Recte ais.*

Καὶ Λάμπωνα δὲ τὸν μάντιν ἐπὶ τοῖς ὁμοίοις κωμῳδοῦσι Καλλίας, Πεδήταις, καὶ Λύσιππος, Βάκχαις. Κρατῖνος δ', ἐν Δραπέτισιν, [1] εἰπὼν περὶ αὐτοῦ· „Λάμπωνα, τὸν οὐ βροτῶν ψῆφος δύναται Φλεγυρὰ δείπνου [2] Φίλων ἀπείργειν·" ἐπιφέρει· „Νῦν δ' αὖτις [3] ἐρυγγάνει. βρύκει γὰρ ἅπαν τὸ παρόν· τρίγλῃ δὲ κἂν μάχοιτο." f

XXXIV. Hedyli Epigrammata.

Ἡδύλος δ', ἐν Ἐπιγράμμασιν, ὀψοφάγους καταλέγων, Φαίδωνος μέν τινος ἐν τούτοις μέμνηται·

Φαίδων δὲ φύκει' [4] αἰνεῖ καὶ *
χορδὰς ὁ ψάλτης. ἔστι γὰρ ὀψοφάγος.

Ἄγιδος δ', ἐν τούτοις·

Ἑφθὸς ὁ κάλλιχθυς· νῦν ἔμβαλε τὴν βαλανάγραν,
ἔλθῃ μὴ Πρωτεὺς Ἄγις ὁ τῶν λοπάδων. a
Γίνεθ' ὕδωρ, καὶ πῦρ, καὶ ὃ βούλεται. ἀλλ' ἀπόκλειε.

1 Δραπέτησιν edd. 2 φλεγυραδείπνου una voce edd. 3 Νῦν δ' οὐδ' ἄν τις coni. Casaub. 4 φύκη ms. *Ep.*

Eodem nomine Lamponem vatem traducunt Callias in Vinctis, & Lysippus in Bacchis. Cratinus vero, in Fugitivis, postquam de eo dixit: *Lamponem, quem non mortalium rumor ardens* (vel, *ignominiosus*) *potest a coena sodalium arcere:* subiicit: *Nunc rursus eructat:* [ex coniect. Casaub. *Nunc vero nemo ructat:*] *vorat enim quidquid adest: cum mullo vero etiam pugnaverit.*

34. Hedylus vero, in Epigrammatibus, obsonii lurcones enumerans, Phaedonis cuiusdam mentionem facit his verbis:

Phaedon cantor phycia laudat & chordas:
est enim obsoniorum avidus.

Agidis vero mentionem facit idem in istis:

Elixus est callichthys: pessulum nunc foribus obde,
ne veniat Agis, patinarum Proteus.
Fit enim aqua & ignis & quod vult: sed tu aedes claude.

* * * * * [1]

Ἥξει γὰρ, τοιαῦτα μεταπλασθεὶς τυχὸν ὡς Ζεὺς
χρυσορόης, [2] ἐπὶ τήνδ' Ἀκρισίου λοπάδα.

Καὶ γυναῖκα δέ τινα Κλειὼ, ἐπὶ τοῖς ὁμοίοις σκώπτων, φησίν·

Ὀψοφαγεῖ Κλειώ· [3] καταμύομεν. ἢν δὲ θελήσῃς,
b ἔσθε μόνη. δραχμῆς ἐστιν ὁ γόγγρος ἅπας.
θὲς μόνον ἢ ζώνην, ἢ ἐνώτιον, ἤ τι τοιοῦτον
σύσσημον. τὸ δ' ὁρᾶν μὴ μόνον [4] οὐ μένομεν. [5]
Ἡμετέρη σὺ Μέδουσα· λιθούμεθα πάντα πάλαι που,
οὐ Γοργοῦς, γόγγρου [6] δ' οἱ μέλεοι λοπάδι. [7]

1 προσημαίνειν edd. 2 Immo μεθ' ὃ, aut καθ' ὃν, niſi forte περίπατον pro τόπον legendum. 3 Deſunt quatuor verba edd.

Antigonum & Adaeum, porphyrionem avem, ait, cum domi alitur, mulieres virorum coniuges tanta ſeveritate obſervare, & tam graviter adfici ſi qua admittat adulterium, ut, id ubi ſenſit, domino ſignificet, & ipſe vitam ſtrangulatione finiat. Cibum, ait, non capit prius, quam per certum quoddam ſpatium, quod ſibi commodum reperit, deambulaverit: dein volutatus in pulvere lavatur, ac tum demum paſcitur. Ariſtoteles vero tradit, fiſſis eſſe pedibus, colore cyaneo, cruribus longis, roſtro inde a capite puniceo, magnitudine galli gallinacei, gula anguſtâ: quapropter cibum pede adprehenſum in minutas bucculas dispertitur. Bibit autem morſu. Quinos habet digitos; in his medium maximum. Alexander vero Myndius, ſecundo libro De Volucrium Hiſtoria, Libycam ait eſſe avem, & Deis Li-

Porphyris. Λιβύην θεῶν ἱερόν. ΠΟΡΦΥΡΙ'Σ. Καλλίμαχος ἐν τῷ Περὶ Ὀρνίθων, διεστάναι φησὶ πορφυρίωνα πορφυρίδος, ἰδίᾳ ἑκάτερον καταριθμούμενος· τὴν τροφήν τε λαμβάνειν τὸν πορφυρίωνα ἐν σκότῳ καταδυόμενον, [1] ἵνα μή τις αὐτὸν θεάσηται. ἐχθραίνει [2] γὰρ τοὺς e προσιόντας αὐτοῦ τῇ τροφῇ. Τῆς δὲ πορφυρίδος καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Ὄρνισι μνημονεύει. Ἴβυκος δέ τινας λαθιπόρφυρας [3] ὀνομάζει διὰ τούτων· „Τοῦ μὲν πετάλοισιν ἐπ' ἀκροτάτοισι ξανθοῖσι ποικίλαι πανέλοπες, αἰολόδειροι λαθιπορφυρίδες, [4] καὶ ἀλκυόνες τανυσίπτεροι.“ Ἐν ἄλλοις δὲ φησίν· „Αἰεί μ', [5] ὦ φίλε θυμὲ, [6] τανύπτερος ὡς ὅκα πορφυρίς.“

XLI. PERDIX. ΠΕ'ΡΔΙΞ. Τούτων πολλοὶ μὲν μέμνηνται, ὡς καὶ Ἀριστοφάνης. Τοῦ δὲ ὀνόματος αὐτῶν ἔνιοι συ- f στέλλουσι τὴν μέσην συλλαβήν· ὡς Ἀρχίλοχος·

1 Deeſt verbum edd. 2 ἐχθραίνειν edd. ἐχθαίρει ms. *Ep.* 3 Immo λαθιπορφυρίδας 4 πορφυρίδες edd. αδοιπορφυρίδες Ms. 5 Αἴρεις μ' corr. Valck. 6 σύ με vulgo.

byae ſacram. PORPHYRIS. Callimachus, in libro DE Avibus, differre ait porphyrionem & porphyridem, ſeorſimque utramque avem recenſet. Porphyrionem autem tradit cibum capere abscondentem ſe in tenebris, ne quis eum conſpiciat: infenſus eſt enim his qui ad pabulum eius accedunt. Porphyridis vero meminit etiam Ariſtophanes in Avibus. Ibycus autem *lathiporphyridas* quasdam [quaſi dicas, *latentes porphyridas*] nominat, cum ait: *Huius ſummis in frondibus rubicundis variae pennis penelopes, variegato collo lathiporphyrides, expanſis alis alcyones.* Idemque alibi: *Semper me,* [ſive, *Effers me,*] *anime mi, veluti ſi expanſis alis porphyris* (in altum evolat.)

41. PERDIX. Harum & multi alii meminerunt, & item Ariſtophanes. In nomine huius avis corripiunt nonnulli (in caſibus obliquis) penultimam ſyllabam. Sic Ar-

πτώσσουσαν ὥς τε πέρδικα. — —
οὕτως καὶ ὄρτυγα, καὶ χοίνικα. πολὺ δέ ἐστι τὸ ἐκτεινόμενον παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς. Σοφοκλῆς, Καμικοῖς·[1]

— Ὄρνιθος ἦλθ' ἐπώνυμος
πέρδικος ἐν κλεινοῖς Ἀθηναίων πάγοις.

Φερεκράτης, ἢ ὁ πεποιηκὼς τὸν Χείρωνα·

Ἔξεισιν ἄκων δεῦρο πέρδικος τρόπον.

a Φρύνιχος, Τραγῳδοῖς·

τὸν Κλεόμβροτόν τε τοῦ Πέρδικος υἱόν.

(Τὸ δὲ ζῶον ἐπὶ λαγνείας συμβολικῶς παρείληπται.) Νικοφῶν, ἐν Χειρογάστορσι·

[καὶ] τοὺς ἑψητοὺς καὶ τοὺς πέρδικας ἐκείνους.

Ἐπίχαρμος δ', ἐν Κωμασταῖς, βραχέως·

Σηπίας τ' ἆγον νεούσας,[2] πέρδικάς τε πετομένους.

Φησὶ δ' Ἀριστοτέλης περὶ τοῦ ζώου τάδε· „Ὁ πέρ-

1 Καμικίοις corrigunt docti. 2 ἄγαν ἰούσας Ms.

chilochus: *Pavidam instar perdicis.* — —
Quemadmodum & ὄρτυγα & χοίνικα penultimâ brevi dicimus. Plerumque vero producitur apud Atticos. Sophocles, in Camicis:

Venit qui cum ave commune nomen habet
perdice celebres in Athenarum tumulos.

Pherecrates, sive quisquis sit qui Chironem composuit:

Exit huc invitus perdicis in modum.

Phrynichus, in Tragoedis:

Et Cleombrotum, perdicis filium.

(Nominatur autem hoc animal, ut salacitatis symbolum.) Nicophon, in Operariis:

Et hepsetos pisciculos, & perdices illas.

Epicharmus vero, in Comissatoribus, corripit mediam syllabam:

Sepias adferebant nantes, & perdices volucres.

De hoc animalis genere haec scribit Aristoteles: »Per-

διξ ἔστι μὲν χερσαῖος, σχιδανόπους. ζῇ δὲ ἔτη πέντε καὶ δέκα· ἡ δὲ θήλεια, καὶ πλείονα. πολυχρονιώτερα γὰρ ἐν τοῖς ὄρνισι τῶν ἀῤῥένων τὰ θήλεα. ἐπωάζει δὲ καὶ ἐκτρέφει, καθάπερ ἡ ἀλεκτορίς. ὅταν δὲ b γνῷ ὅτι θηρεύεται, προελθὼν τῆς νεοττίας κυλινδεῖται παρὰ τὰ σκέλη τοῦ θηρεύοντος, ἐλπίδα ἐμποιῶν τοῦ συλληφθήσεσθαι, ἐξαπατᾷ τε, ἕως ἂν ἀποπτῶσιν οἱ νεοττοί· εἶτα καὶ αὐτὸς ἐξίπταται."

XLII. Libido perdicum.

„Ἔστι δὲ τὸ ζῶον κακόηθες, καὶ πανοῦργον· ἔτι δὲ ἀφροδισιαστικόν. διὸ καὶ τὰ ὠὰ τῆς θηλείας συντρίβει, ἵνα ἀπολαύῃ τῶν ἀφροδισίων. ὅθεν ἡ θήλεια, γιγνώσκουσα, ἀποδιδράσκουσα τίκτει." Τὰ αὐτὰ ἱστορεῖ καὶ Καλλίμαχος, ἐν τῷ Περὶ Ὀρνέων. Μάχονται δὲ καὶ οἱ χῆροι αὐτῶν πρὸς ἀλλήλους, καὶ ὁ ἡτ- c τηθεὶς ὀχεύεται ὑπὸ τοῦ νικήσαντος. Ἀριστοτέλης δέ φησι, ὅτι τὸν ἡττηθέντα πάντες ἐν μέρει ὀχεύουσιν.

dix eſt avis terreſtris, fiſſos pedes habens. Vivit annos quindecim: foemina vero etiam diutius. Nam in avibus longior vita eſt foeminis, quam maribus. Ovis incubat, ac pullos enutrit, quemadmodum gallina. Ubi inſidiari ſibi aucupem ſentit, e nido progrediens ante pedes aucupis ſeſe volutat, ſpem ei faciens comprehendi ſe poſſe: atque ita eum decipit, donec evolarint pulli; tum vero & ipſa avolat.«

42. »Eſt autem animal verſutum, & malignum: adhaec libidinoſum. Quare mas ova etiam frangit foeminae, quo fruatur venere: quod quia intelligit foemina, aufugit, clanculum paritura.« Eadem tradit etiam Callimachus, in libro DE Avibus. Pugnant autem inter ſe mares foeminâ carentes: & qui victus eſt, initur a victore. Ariſtoteles vero ſcribit, eum qui victus fuerit a caeteris omnibus per vices iniri; atque etiam ſylveſtres

ὀχεύουσι δὲ καὶ οἱ τιθασοὶ τοὺς ἀγρίους. ἐπειδὰν δὲ
κρατηθῇ τις ὑπὸ τοῦ δευτέρου, οὗτος λάθρα ὀχεύεται
ὑπὸ τοῦ κρατιστεύσαντος. γίνεται δὲ τοῦτο κατά τινα
ὥραν τοῦ ἔτους, ὡς καὶ ὁ Μύνδιός φησιν Ἀλέξανδρος.
Νεοττεύουσι δὲ ἐπὶ γῆς, οἱ ἄῤῥενες καὶ αἱ θήλειαι
διελόμενοι ἕκαστοι οἶκον. Ἐπὶ δὲ τὸν θηρεύοντα πέρ-
δικα ὠθεῖται ὁ τῶν ἀγρίων ἡγεμὼν μαχόμενος· ἁλόν-
d τος δὲ τούτου, ἕτερος ἔρχεται μαχούμενος. καὶ ὁπόταν
μὲν ἄῤῥην ᾖ θηρεύων, τοῦτο ποιεῖ. ὅταν δὲ θήλεια ᾖ ἡ
θηρεύουσα, ᾄδει [1] ἕως ἂν ἀπαντήσῃ ὁ ἡγεμὼν αὐτῇ· [2]
καὶ οἱ ἄλλοι ἀθροισθέντες ἀποδιώκουσιν ἀπὸ τῆς θη-
λείας, ὅτι ἐκείνῃ ἀλλ' οὐχ ἑαυτοῖς προσέχει. ὅθεν πολ-
λάκις διὰ ταῦτα σιγῇ προσέρχεται, ὅπως μὴ ἄλλος
ἀκούσας τῆς φωνῆς ἔλθῃ, μαχούμενος αὐτῷ. ἐνίοτε δὲ
ἡ θήλεια τὸν ἄῤῥενα προσιόντα κατασιγάζει. [3] πολ-

1 ᾖ καὶ θηρεύουσα ᾄδει ed. Caſ. 2 Vulgo ἕως ἂν ἀπατηθῇ ὁ ἡγεμὼν αὐτῆς. 3 Iſta per auctoris errorem corrupta videntur; cum oportuiſſet, τὴν θήλειαν ὁ ἄῤῥην προσιὼν κατασιγάζει: *Nonnumquam mas progrediens ſilere facit foeminam.*

a cicuribus. Quod ſi quis vero ab altero fuerit victus, hic clam patitur victoris venerem. Fit autem hoc certo quodam anni tempore, quemadmodum etiam Alexander Myndius tradit. Nidificant in terra, ita ut mas & foemina distinctum ſibi quisque loculamentum paret. Adverſus illicem perdicem dux ſylveſtrium in pugnam procedit: qui ſi fuerit captus, progreditur alius pugnam redintegraturus. Quod ſi foemina eſt illex, cantillat illa donec obviam ei procedat dux ſylveſtrium: quo facto alii gregatim adcurrunt, & hunc a foemina abigunt, quoniam illam magis quam ipſos curat. Quare interdum clam progreditur ille, ne alius mas auditâ foeminae voce ſuperveniat, cum ipſo pugnaturus. Interdum vero & vocem masculi compeſcit foemina. Ac

λάκις τε ἐπωάζουσα ἐξίσταται, ὅταν προσερχόμενον ἐπαισθάνηται τὸν ἄῤῥενα τῇ θηρευούσῃ, ὑπομένει τε ὀχευθῆναι, ἵνα αὐτὸν ἀποσπάσῃ τῆς θηρευούσης. Ἐπὶ e
τοσοῦτον δὲ ἐπτόηνται περὶ τὴν ὀχείαν οἱ πέρδικες καὶ οἱ ὄρτυγες, ὡς εἰς τοὺς θηρεύοντας ἐμπίπτειν, καθίζοντας ἐπὶ τῶν κεράμων.[1] Φασὶ δὲ καὶ τὰς ἀγομένας θηλείας πέρδικας ἐπὶ θήραν, ὁπόταν ἴδωσιν ἢ ὀσφρωνται τῶν ἀῤῥένων κατ᾽ ἄνεμον στάντων ἢ περιπετομένων, ἐγκύους γίγνεσθαι, τινὲς δὲ καὶ παραυτίκα τίκτειν. πέτονταί τε περὶ[2] τὸν τῆς ὀχείας καιρὸν χάσκοντες, καὶ τὴν γλῶσσαν ἔξω ἔχοντες, αἵ τε θήλεις καὶ οἱ ἄῤῥενες. Κλέαρχος δὲ ἐν τῷ Περὶ τοῦ Πανικοῦ· „Οἱ στρουθοὶ, φησὶ, χ᾽ οἱ πέρδικες, ἔτι δὲ f
οἱ ἀλεκτρυόνες, καὶ οἱ ὄρτυγες προΐενται τὴν γονὴν, οὐ μόνον ἰδόντες τὰς θηλείας, ἀλλὰ κἂν ἀκούσωσιν αὐτῶν τὴν φωνήν. τούτου δὲ αἴτιον ἡ τῇ ψυχῇ γινομένη

1 ἐπὶ τὰς κεφαλὰς Ariſtot. 2 παρὰ edd.

ſaepe etiam, dum incubat, quum marem ad illicem foeminam accedere ſenſit, ſurgit ab ovis, ab illoque ſubigi ſe patitur, quo ab illice eum abſtrahat. Sunt autem tam attonitae in venerem perdices & coturnices, ut aucupibus ſeſe obtrudant, & in tectis [*ſive*, in capitibus eorum] reſideant. Aiunt vero perdices foeminas, cum ad aucupium educuntur, ſicubi viderint aut olfecerint mares ea parte unde flat aura ſtantes aut circumvolantes, praegnantes fieri: quidam etiam tradunt, protinus ova parere. Volant autem, cum libidine pruriunt, hiante ore exſertâque linguâ, tam foeminae quam mares. Clearchus vero, in libro DE Panico, ſcribit: » Paſſeres & perdices, item galli gallinacei, & coturnices, ſemen emittunt, non modo quum vident foeminas, ſed & voce ſaltem earum auditâ. Cuius rei cauſſa eſt im-

φαντασία περὶ τῶν πλησιασμῶν. Φανερώτατον [1] δὲ γίνεται περὶ τὰς ὀχείας, ὅταν ἐξ ἐναντίας αὐτοῖς θῇς κάτοπτρον. προστρέχοντες γὰρ διὰ τὴν ἔμφασιν, ἁλίσκονταί τε, καὶ προΐενται τὸ σπέρμα· πλὴν τῶν ἀλεκτρυόνων. τούτους δὲ ἡ τῆς ἐμφάσεως αἴσθησις εἰς μάχην προάγεται μόνον." Ταῦτα μὲν ὁ Κλέαρχος.

XLIII. Vox perdicum.

Καλοῦνται δὲ οἱ πέρδικες ὑπ' ἐνίων κακκάβαι, ὡς καὶ ὑπ' Ἀλκμᾶνος, λέγοντος οὕτως·

a Ἔπηγε [2] δὲ καὶ μέλος Ἀλκμὰν·
εὗρέ τε γλωσσάμενον κακκαβίδων
ὄνομα συνθέμενος.

σαφῶς ἐμφανίζων, ὅτι παρὰ τῶν περδίκων ᾄδειν ἐμάνθανε. διὸ καὶ Χαμαιλέων ὁ Ποντικὸς ἔφη, τὴν εὕρεσιν τῆς μουσικῆς τοῖς ἀρχαίοις ἐπινοηθῆναι ἀπὸ τῶν ἐν ταῖς ἐρημίαις ᾀδόντων ὀρνίθων· ὧν κατὰ μίμησιν λαβεῖν στάσιν τὴν μουσικήν. Οὐ πάντες δ' οἱ πέρδικες,

1 φανερώτερον ms. *Ep.* 2 Ἐπήγαγε ed. Caſ.

preſſa in animo veneris & coitus imaginatio. Fit hoc manifeſtiſſimum, ſi pruritus tempore ex adverſo masculi ſpeculum poſueris. Adcurrunt enim ſpecie decepti, & capi ſe ſinunt, ſemenque emittunt: exceptis tamen gallis. Hi enim imaginis adſpectu non niſi ad pugnam excitantur. « Hactenus Clearchus.

43. Vocantur vero perdices a nonnullis *caccabae*, ut ab Alcmane, cuius haec ſunt verba:

Invenit vero & cantum Alcman:
compoſitamque a ſe caccabidum vocem
hominum in linguam invexit.

Quibus clare ſignificat, a perdicibus ſe canere didiciſſe. Quare & Chamaeleo Ponticus ait, inveniendae Muſicae occaſionem cepiſſe antiquos ab avibus in ſolitudine canentibus; earumque ad imitationem inſtitutam eſſe muſicam artem. Nec vero omnes (aiunt) *caccabant* perdi-

φασὶ, κακκαβίζουσιν. Θεόφραστος γοῦν ἐν τῷ Περὶ Ἑτεροφωνίας τῶν ὁμογενῶν· „Οἱ Ἀθήνησι, φησὶν, ἐπὶ τάδε πέρδικες τοῦ Κορυδαλλοῦ [1] πρὸς τὸ ἄστυ κακκαβίζουσιν· οἱ δ' ἐπέκεινα, τιττυβίζουσιν.“ Βάσιλις δὲ, ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν Ἰνδικῶν· „Οἱ μικροὶ, φησὶν, ἄνδρες, οἱ ταῖς γεράνοις διαπολεμοῦντες, πέρδιξιν ὀχήματι χρῶνται.“ Μενεκλῆς δ', ἐν πρώτῃ τῆς Συναγωγῆς· „Οἱ Πυγμαῖοι, φησὶ, τοῖς πέρδιξι καὶ τοῖς γεράνοις πολεμοῦσι.“ Τῶν δὲ περδίκων ἐστὶν ἕτερον γένος ἐν Ἰταλίᾳ, ἀμαυρὸν τῇ πτερώσει, καὶ μικρότερον τῇ ἕξει, τὸ ῥύγχος οὐχὶ κινναβάρινον ἔχον. οἱ δὲ περὶ τὴν Κίῤῥαν πέρδικες, ἄβρωτον ἔχουσι τὸ κρέας διὰ τὰς νομάς. οἱ δὲ περὶ τὴν Βοιωτίαν, ἢ οὐ διαβαίνουσιν εἰς τὴν Ἀττικὴν, ἢ διαβαίνοντες τῇ φωνῇ διάδηλοι γίγνονται, καθάπερ προειρήκαμεν. τοὺς δὲ περὶ Παφλαγονίαν γιγνομένους πέρδικας, φησὶ Θεόφραστος δύο ἔχειν καρδίας. οἱ δὲ ἐν Σκιάθῳ τῇ νήσῳ, κο-

Pygmaei perdicibus vehuntur.

Varia de perdicibus.

1 πέρδικες ἐπὶ τάδε τοῦ Κορυδαλλοῦ edd.

ces. Theophrastus sane, in libro De Varia voce Animalium congenerum, ait: »Perdices Atticae, quae sunt citra Corydallum versus urbem, *caccabant;* quae sunt ultra, *tittybizant.*« Basilis vero, secundo Rerum Indicarum scribit: »Homunciones illi, qui cum gruibus bellum gerunt, vehuntur perdicibus.« Menecles autem, primo libro Collectaneorum, Pygmaeos ait bellum gerere cum perdicibus & gruibus. Est autem aliud perdicum genus in Italia, pennarum obscuro colore, corpore minore, rostro minime rubro. Circa Cirrham perdices carnem habent esu insuavem admodum, ob pabuli naturam. Boeoticae, aut non transeunt in Atticam, aut, si transeunt, voce dignoscuntur, ut supra diximus. Quae in Paphlagonia gignuntur perdices, iis bina corda inesse scribit Theophrastus. Quae in Scia-

χλίας ἐσθίουσι. Τίκτουσι δὲ ἐνίοτε καὶ πεντεκαίδεκα
καὶ ἑκκαίδεκα. πέτονται δὲ ἐπὶ βραχὺ, ὥς φησι Ξε-
νοφῶν ἐν πρώτῳ Ἀναβάσεως, γράφων οὕτως· „Τὰς
δὲ ὠτίδας ἄν τις ταχὺ ἀνίστῃ, ἔστι λαμβάνειν.
πέτονταί τε γὰρ βραχὺ, ὥσπερ οἱ πέρδικες, καὶ τα-
d χὺ ἀπαγορεύουσι. τὰ δὲ κρέα αὐτῶν ἡδέα ἐστίν.“

XLIV.
Otis, & Otus.

Ἀληθῆ λέγειν φησὶ τὸν Ξενοφῶντα ὁ Πλούταρ-
χος περὶ τῶν ὨΤΙΔΩΝ· φέρεσθαι γὰρ πάμπολ-
λα τὰ ζῶα ταῦτα εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἀπὸ τῆς πα-
ρακειμένης Λιβύης· τῆς θήρας αὐτῶν τοιαύτης γινο-
μένης. μιμητικόν ἐστι τὸ ζῶον τοῦτο, ὁ ὦτος, μάλι-
στα ὧν ἂν ἴδῃ ποιοῦντα ἄνθρωπον. ποιεῖ δ᾽ οὖν ταυ-
τὰ ὅσα ἂν ἴδῃ τοὺς κυνηγοῦντας πράττοντας. οἱ δὲ
στάντες αὐτῶν κατὰ ἀντικρὺ, ὑπαλείφονται φαρμά-
κῳ τοὺς ὀφθαλμοὺς, παρασκευάσαντες ἄλλα φάρ-
e μακα κολλητικὰ ὀφθαλμῶν καὶ βλεφάρων, ἅπερ οὐ

tho insula, vescuntur cochleis. Pariunt perdices interdum ad quindecim & sedecim. Volant ad breve spatium, ut ait Xenophon primo libro de Expeditione Cyri, ubi scribit: » *Otidas* si quis subito excitaverit, capere easdem potest: nam parum volant, quemadmodum perdices, & brevi satiscunt. Caro earum grata in cibo. «

44. Vera sunt, inquit Plutarchus, quae de Otidibus Xenophon scripsit: ingens enim copia harum avium Alexandriam perfertur ex vicina Libya. Capiuntur autem illae tali artificio. Imitatrix avis haec est, cui & *otus* nomen; ea maxime imitans, quae ab homine viderit fieri. Facit igitur quidquid facientes aucupes vidit. Hi autem ex adverso stantes, oculos suos unguento quodam oblinunt: simul vero alia unguenta, ita parata ut oculos & cilia conglutinent, haud procul a se

πόῤῥω ἑαυτῶν ἐν λεκανίσκαις βραχείαις τιθέασιν. οἱ οὖν ὦτοι θεώμενοι [1] τοὺς ὑπαλειφομένους, τὸ αὐτὸ καὶ αὐτοὶ ποιοῦσιν, ἐκ τῶν λεκανίδων λαμβάνοντες· καὶ ταχέως ἁλίσκονται. Γράφει δὲ περὶ αὐτῶν Ἀριστοτέλης οὕτως· „Ὅτι ἐστι μὲν τῶν ἐκτοπιζόντων, καὶ σχιδανοπόδων, καὶ τριδακτύλων· μέγεθος ἀλεκτρυόνος μεγάλου, χρῶμα ὄρτυγος, κεφαλὴ προμήκης, ῥύγχος ὀξὺ, τράχηλος λεπτὸς, ὀφθαλμοὶ μεγάλοι, γλῶσσα ὀστώδης, πρόλαβον δ' οὐκ ἔχει." Ἀλέξανδρος δὲ ὁ Μύνδιος, καὶ προσαγορεύεσθαί φησιν αὐτὸν f λαγωδίαν. Φασὶ δ', αὐτὸν καὶ τὴν τροφὴν ἀναμαρυκᾶσθαι, [2] ἥδεσθαί τε ἵππῳ. εἰ γοῦν τις δορὰν ἵππων περιθοῖτο, θηρεύσει ὅσους ἂν θέλοι· προσίασι γάρ. Ἐν ἄλλοις δὲ πάλιν φησὶν ὁ Ἀριστοτέλης· „Ὁ ὦτος ἐστὶ μὲν παρόμοιος τῇ γλαυκὶ, οὐκ ἔστι δὲ νυκτερινός. ἔχει τε περὶ [3] τὰ ὦτα πτερύγια· διὸ καὶ ὦτος καλεῖται· μέγεθος περιστερᾶς, μιμητὴς ἀνθρώπων. ἀντορ-

1 θεωρούμενοι edd. 2 ἀναμηρυκᾶσθαι ed. Caſ. 3 παρὰ edd.

in parvis patellis deponunt. Igitur oti illos ungentes conſpicati, idem & ipſi faciunt, ſumto e patellis unguento; & protinus capiuntur. Scribit de his Ariſtoteles in hunc modum: » Avis eſt ex earum genere quae peregrinantur; ſciſſis pedibus; tribus digitis; magnitudine galli maioris; colore coturnicis; capite oblongo; roſtro acuto; collo gracili; amplis oculis; linguâ oſſeâ: ingluviem vero non habet. « Alexander vero Myndius ſcribit, adpellari eum etiam *lagodian*. Aiunt autem, ruminare eos cibum, & delectari equo: ita quidem ut, ſi quis equi pelle tectus eis inſidietur, capiat quotquot voluerit, ultro quippe accedentes. Alibi rurſus ait Ariſtoteles: » *Otus* ſimilis eſt noctuae, nec vero noctu volat. Habet autem circa aures pinnulas: quare & *otus* nominatur. Magnitudine eſt columbae, hominum

χούμενος γοῦν ἁλίσκεται." Ἀνθρωποειδὴς δέ ἐστι τὴν μορφὴν, καὶ πάντων μιμητὴς ὅσα ἄνθρωπος ποιεῖ.
a διόπερ καὶ τοὺς ἐξαπατωμένους ῥαδίως ἐκ τοῦ τυχόντος οἱ κωμικοὶ ὤτους καλοῦσιν. ἐν γοῦν τῇ θήρα αὐτῶν ὁ ἐπιτηδειότατος ὀρχεῖται στὰς κατὰ πρόσωπον αὐτῶν· καὶ τὰ ζῶα βλέποντα εἰς τὸν ὀρχούμενον, νευροσπαστεῖται. ἄλλος δέ τις ὄπισθεν στὰς, καὶ λαθὼν συλλαμβάνει τῇ περὶ τὴν μίμησιν ἡδονῇ κατεχομένους.

XLV. Scops, avis.

Τὸ δ' αὐτὸ ποιεῖν λέγουσι καὶ τοὺς ΣΚΩΠΑΣ· καὶ γὰρ τούτους ὀρχήσει λόγος ἁλίσκεσθαι. μνημονεύει δ' αὐτῶν Ὅμηρος. γένος τε ὀρχήσεως ἀπ' αὐτῶν καλεῖται σκώψ· λαβὼν τοὔνομα ἀπὸ τῆς περὶ τὸ ζῶον
b ἐν τῇ κινήσει ποικιλίας. χαίρουσιν δὲ οἱ σκῶπες καὶ ὁμοιότητι, καὶ ἀπ' αὐτῶν ἡμεῖς σκώπτειν καλοῦμεν τὸ συνεικάζειν, καὶ καταστοχάζεσθαι τῶν σκω-

imitator: nam & capitur, dum ex adverſo ſaltantis aucupis ſaltat ipſe. « Eſt autem adſpectu homini quodammodo ſimilis, & omnia imitatur quaecumque homo facit. Itaque hos qui facile ſe decipi quavis occaſione patiuntur, *otos* vocant comici poëtae. In illorum aucupio, qui ad hoc maxime expeditus eſt, ſaltat e regione: & avis, ſaltantem intentis oculis reſpiciens, movetur veluti ſigillum nervis alienis tractum. Interim alius auceps a tergo ſtans, clam prehendit avem, imitandi voluptate detentam.

45. Idem facere dicunt SCOPAS: nam & hos fama eſt ſaltatione capi. Meminit autem eorum etiam Homerus. Et ab his genus etiam quoddam ſaltationis *ſcops* dicitur, quod ab huius animalis vario atque vario motu nomen invenit. Gaudent vero ſcopes quoque imitatione & ſimilitudine: & ab illis nos *σκώπτειν* dicimus hos, qui reſpicientes eum quem irridere volunt, mo-

πτομένων, [1] διὰ τὸ τὴν ἐκείνων ἐπιτηδεύειν προαίρεσιν. Πάντα δὲ τὰ τῶν ζώων εὔγλωττα, [2] καὶ διηρθρωμένα ἐστὶ τὴν φωνὴν, καὶ μιμεῖται τοὺς τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν ἄλλων ὀρνίθων ἤχους· ὥσπερ ψιττακὸς, καὶ κίττα. ὁ δὲ σκὼψ, ὥς φησιν Ἀλέξανδρος ὁ Μύνδιος, μικρότερός ἐστι [3] γλαυκὸς, καὶ ἐπὶ μολυβδοφανεῖ τῷ χρώματι ὑπόλευκα στίγματα ἔχει· δύο τε ἀπὸ τῶν ὀφρύων παρ' ἑκάτερον κρόταφον ἀναφέρει πτερά. Καλλίμαχος δέ φησι, δύο γένη εἶναι σκωπῶν, καὶ τοὺς μὲν φθέγγεσθαι, τοὺς δὲ οὔ. διὸ καὶ καλεῖσθαι τοὺς μὲν σκῶπας αὐτῶν, τοὺς δ' ἀείσκωπας. εἰσὶ δὲ γλαυκοί. Ὁ δὲ Μύνδιος Ἀλέξανδρος φησὶ, τοὺς παρ' Ὁμήρῳ χωρὶς τοῦ σ̄ κῶπας εἶναι, καὶ Ἀριστοτέλη οὕτως αὐτοὺς ὠνομακέναι· φαίνεσθαί τε τούτους ἀεὶ, καὶ μὴ ἐσθίεσθαι. τοὺς δ' ἐν τῷ φθινοπώρῳ φαινομένους δύο C

1 τοὺς σκωπτομένους vulgo. 2 εὐρύγλωττα corrigunt nonnulli. 3 μικρόσκελός ἐστι ed. Caſ. 3.

res eius imitantur & effingunt; quoniam avium illarum inſtitutum ſequuntur. Quaecumque vero ex animalibus linguam habent commode conformatam, [*ſive*, Quaecumque vero ex avium genere latam linguam habent,] vocem etiam edunt articulatam, & hominum aliarumque avium imitantur ſonos: ut pſittacus, & pica. Scops vero, ut ait Alexander Myndius, minor eſt noctuâ, & colore ad plumbeum vergente ſubalbidis maculis notatus: & in utroque tempore pinnas e ſuperciliis erectas habet. Callimachus vero ait, duo eſſe ſcopum genera; alios vocales, alios mutos: indeque hos ſimpliciter *ſcopas* vocari, illos vero *aeiſcopas*. Sunt autem hi glauci. Myndius vero Alexander ait, eos qui apud Homerum nominantur, absque σ literâ *copas* eſſe; & Ariſtotelem eos ſic nominaſſe: ſemper autem hos conſpici, nec vero comedi: qui vero non niſi autumno per unum diem

ἡμέραις ἢ μιᾷ, τούτους εἶναι ἐδωδίμους. διαφέρουσι δὲ τῶν ἀεισκώπων τῷ τάχει,[1] καί εἰσι παραπλήσιοι
d τρυγόνι καὶ φάττῃ. καὶ Σπεύσιππος δ', ἐν δευτέρῳ Ὁμοίων, χωρὶς τοῦ σ, κῶπας αὐτοὺς ὀνομάζει. Ἐπίχαρμος· „Σκῶπας,[2] ἔποπας, γλαῦκας." καὶ Μητρόδωρος δ', ἐν τῷ Περὶ Συνηθείας, ἀντορχουμένους φησὶν ἁλίσκεσθαι τοὺς σκῶπας.[3]

XLVI. Galli gallinacei salaces.

Ἐπεὶ δ' ἐν τῷ περὶ τῶν[4] περδίκων λόγῳ ἐμνήσθημεν, ὅτι εἰσὶν ὀχευτικώτατοι, προσιστορήσθω ὅτι καὶ ἀλεκτρυὼν ἀφροδισιαστικὸν τὸ ὄρνεον. Ἀριστοτέλης γοῦν φησιν, ὅτι τῶν ἀνατιθεμένων ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀλεκτρυόνων, τὸν ἀνατεθέντα οἱ προόντες[5] ὀχεύουσι μέχρις ἂν ἄλλος ἀνατεθῇ· εἰ δὲ μὴ ἀνατεθῇ, μάχον-
e ται πρὸς ἀλλήλους, καὶ ὁ ἡττήσας τὸν ἡττηθέντα διὰ παντὸς ὀχεύει. Ἱστορεῖται δέ, ὅτι καὶ ἀλεκτρυὼν εἰσιὼν

1 τῷ πάχει apud Arist. & Aelian. 2 κῶπας edd. 3 Rursus κῶπας edd. 4 Abest articulus edd. 5 οἱ προσιόντες edd.

aut biduum adpareant, eos edules esse. Differunt vero hi ab *aeiscopis* celeritate, suntque turturi & palumbo similes. Pariter vero etiam Speusippus, secundo libro Similium, *copas* illos, absque *s* litera, nominat. Epicharmus: *Scopas, upupas, noctuas.* Porro etiam Metrodorus, in libro De Consuetudine, scribit, capi scopas ex adverso aucupum saltantium saltantes.

46. Quoniam vero, ubi de perdicibus disputatum est, commemoravimus esse eas ad libidinem admodum propensas; adiiciamus, age, quae de *galli gallinacei salacitate* traduntur. Ait igitur Aristoteles, in delubris templorum, ubi Diis dicati aluntur galli, eum qui recens dicatus sit iniri ab his qui ante adfuerunt, donec alius fuerit dicatus: si novus non subinde accedat, pugnare illos inter se, victumque semper iniri a victore. Narratur quoque, numquam per ianuam quamcumque trans-

οἷαν δή ποτε θύραν, ἐπικλίνει τὸν λόφον· καὶ ὅτι τῆς ὀχείας ἑτέρῳ δίχα μάχης οὐ παραχωρεῖ. Ὁ δὲ Θεόφραστος, τοὺς ἀγρίους, φησὶν, ὀχευτικωτέρους εἶναι τῶν ἡμέρων. λέγει δὲ καὶ τοὺς ἄῤῥενας εὐθὺς ἐξ εὐνῆς ἐθέλειν πλησιάζειν, τὰς δὲ θηλείας προβαινούσης μᾶλλον τῆς ἡμέρας. Καὶ οἱ στρουθοὶ δέ εἰσιν ὀχευτικοί· διὸ καὶ Τερψικλῆς τοὺς ἐμφαγόντας φησὶ στρουθῶν, ἐπικαταφόρους πρὸς Ἀφροδίσια γίνεσθαι. μήποτε οὖν καὶ ἡ Σαπφὼ ἀπὸ τῆς ἱστορίας τὴν Ἀφροδίτην ἐπ' αὐτῶν φησιν ὀχεῖσθαι· καὶ γὰρ ὀχευτικὸν τὸ ζῶον, καὶ πολύγονον. τίκτει γοῦν ὁ στρουθὸς, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης, καὶ μέχρι ὀκτώ. Ἀλέξανδρος δὲ ὁ Μύνδιος δύο γένη φησὶν εἶναι τῶν στρουθῶν, τὸ μὲν ἥμερον, τὸ δὲ ἄγριον· τὰς δὲ θηλείας αὐτῶν ἀσθενεστέρας τά τ' ἄλλα εἶναι, καὶ τὸ ῥύγχος κερατοειδεῖς [1] μᾶλλον τὴν χρόαν, τὸ δὲ πρόσωπον οὔτε λίαν λευκὸν ἐχούσας, οὔ-

PASSERES.

1 Rectius fuerit κερατοειδὲς, aut κεραμοειδές.

ire gallum, quin criſtam inclinet: nec alii gallo, citra pugnam, coitum concedere. Theophraſtus vero ait, agreſtes gallos libidinoſiores eſſe cortalibus. Aitque praeterea, gallos ſtatim e cubili ad venerem concitari, gallinas vero progrediente magis die. Sunt vero & *paſſeres* ad libidinem proni. Quare & homines qui paſſeribus veſcantur, ad venerem praecipites fieri, ait Terpſicles. Ac fortaſſe eamdem ob famam Sappho, Veneris currum, ait, ab his aviculis trahi; utpote ad coitum pronis & foecundis admodum. Parit ſane paſſer, ut ſcribit Ariſtoteles, ad octo pullos. Alexander vero Myndius duo ait eſſe paſſerum genera, alterum domeſticum, alterum ſylveſtre. Eſſe autem foeminas eorum cum alioqui debiliores, tum roſtri colore magis corneo, [*ſive*, teſtaceo,] facie vero nec admodum alba

τε μέλαν. Ἀριστοτέλης δέ φησι, τοὺς ἄῤῥενας τῷ χει-
a μῶνι ἀφανίζεσθαι, διαμένειν δὲ τὰς θηλείας, τεκμαι-
ρόμενος ἐκ τῆς χρόας τὴν πιθανότητα· ἀλλάττεσθαι
γὰρ ὡς τῶν κοσσύφων καὶ φαλαρίδων, ἀπολευκαι-
νομένων κατὰ καιρούς. Ἠλεῖοι δὲ καλοῦσι τοὺς στρου-
θοὺς δειρήτας,[1] ὡς Νίκανδρός φησιν ὁ Κολοφώνιος
ἐν τρίτῳ Γλωσσῶν.

Ὄρτυγες. Καθόλου ἐπὶ τῶν εἰς υξ ληγόν- XLVII.
των ὀνομάτων ἐζήτηται, τί δή ποτε τῷ αὐτῷ[2] οὐ χρῶν- Coturnix.
ται ἐπὶ γενικῆς συμφώνῳ τῆς τελευταίας συλλαβῆς Nomina Graeca in
τυπωτικῷ. λέγω δὲ ὄνυξ, καὶ ὄρτυξ. τὰ δὲ εἰς ξ ἀρ- υξ exeuntia.
σενικὰ ἁπλᾶ δισσύλλαβα, ὅταν τῷ ῡ παρεδρεύηται,
b ἔχῃ[3] δὲ τῆς τελευταίας συλλαβῆς ἄρχον ἕν τι τῶν
ἀμεταβόλων ἢ δι' ὧν ἡ πρώτη συζυγία τῶν βαρυτόνων
λέγεται, διὰ τοῦ κ̄ ἐπὶ γενικῆς κλίνεται· κήρυκος,

1 δειρίτας edd. 2 αὐτῷ absque τῷ edd. 3 ἔχει edd.

nec nigra. Ariſtoteles vero ait, mares hieme nusquam comparere, manere vero foeminas: probabile id eſſe colligens ex colore; mutari enim eum, ut in merulis & in phalaridibus, quae certo anni tempore albeſcunt. Elei vero, paſſeres vocant *deiritas;* ut Nicander Colophonius tradit, tertio libro Gloſſarum.

47. Coturnices. Graece Ὄρτυγες. Generatim de nominibus in υξ deſinentibus quaeritur, cur in genitivo caſu non habeant eamdem conſonam literam characteriſticam in ultimae ſyllabae initio? veluti ὄνυξ, (*unguis,*) & ὄρτυξ. (*coturnix.*) Nomina enim masculina ſimplicia diſſyllaba in ξ exeuntia, praecedente vocali υ, ſi ultimam ſyllabam incipiunt ab una e conſonis immutabilibus, [quas *liquidas* vocare conſuevimus,] aut ab una ex illis conſonis quae ſunt characteriſticae coniugationis primae verborum barytonorum, flectuntur in genitivo per κ literam; ut κήρυκος, (*praeconis,*) πέλυκος, (*ſecu-*

πέλυκος, Ἔρυκος, Βέβρυκος. ὅσα δὲ μὴ τοῦτον ἔχει τὸν χαρακτῆρα, διὰ τοῦ γ· ὄρτυγος, κόκκυγος, ὄρυγος. [1] σημειῶδες δὲ τὸ ὄνυχος. καθόλου τε τῇ πληθυντικῇ εὐθείᾳ ἑπομένη ἡ ἑνικὴ γενικὴ χρῆται τῷ αὐτῷ συμφώνῳ τῆς τελευταίας τυπωτικῷ· κἂν ἄνευ συμφώνου λέγηται, [2] ὁμοίως. Ἀριστοτέλης δὲ φησίν· „Ὁ

Coturnicis descriptio. ὄρτυξ, ἐστι μὲν τῶν ἐκτοπιζόντων, καὶ σχιδανοπόδων· c νεοττιὰν δὲ οὐ ποιεῖ, ἀλλὰ κονίστραν· καὶ ταύτην σκεπάζει φρυγάνοις διὰ τοὺς ἱέρακας, ἐν ᾗ ἐπωάζει.“ Ἀλέξανδρος δὲ ὁ Μύνδιος, ἐν δευτέρῳ Περὶ Ζώων· „Ὁ θῆλυς, φησὶν, ὄρτυξ λεπτοτράχηλός ἐστι, τοῦ ἄρρενος οὐκ ἔχων τὰ ὑπὸ τῷ γενείῳ μέλανα. ἀνατμηθεὶς δὲ, πρόλοβον οὐχ ὁρᾶται μέγαν ἔχων, καρδίαν δὲ ἔχει [3] μεγάλην, καὶ ταύτην τρίλοβον. ἔχει δὲ καὶ ἧπαρ καὶ τὴν χολὴν ἐν τοῖς ἐντέροις κεκολλημένην· σπλῆνα

1 ὄρυγος ignorant ed. Ven. & Baf. Et incommode fane hîc pofitum nomen. 2 λέγεται edd. 3 ἔχειν edd.

ris,) Ἔρυκος, (*Erycis montis*,) Βέβρυκος. Quae vero illum characterem non habent, per γ flectuntur: ut ὄρτυγος, (*coturnicis*,) κόκκυγος, (*cuculi*;) [ὄρυγος, *orygis*.] Peculiare vero eft ὄνυχος. [*unguis*.] Generatim vero, nominativum pluralem fequitur genitivus fingularis, eamdemque habet confonam characterifticam initio poftremae fyllabae: fimiliterque, fi absque confona declinatur nomen. Scribit autem Ariftoteles: » *Coturnix* eft e genere avium peregrinantium, & fiffos pedes habentium. Nidum non facit, fed cubile pulvereum, ubi incubat; idque fruticibus obtegit accipitrum cauffâ. « Alexander vero Myndius, fecundo libro DE Animantibus: » Coturnix foemina, ait, gracili collo eft, nec habet nigras partes fub mento, quas habet mas. Si diffecetur, adparet ingluviem non habere magnam, fed cor magnum, idque trilobum. Hepar & fel habet inteftinis

d μικρὸν, καὶ δυσθεώρητον· ὄρχεις δὲ ὑπὸ τῷ ἥπατι, ὡς ἀλεκτρυόνες. Περὶ δὲ τῆς γενέσεως αὐτῶν Φανόδημος ἐν δευτέρῳ Ἀτθίδος φησίν· „Ὡς κατεῖδεν [1] Ἐρυσίχθων [2] Δῆλον τὴν νῆσον, τὴν ὑπὸ τῶν ἀρχαίων καλουμένην Ὀρτυγίαν, παρὰ τὸ [3] τὰς ἀγέλας τῶν ζώων τούτων φερομένας ἐκ τοῦ πελάγους ἱζάνειν εἰς τὴν νῆσον, διὰ τὸ εὔορμον εἶναι.“ Εὔδοξος δ' ὁ Κνίδιος, ἐν πρώτῳ Γῆς περιόδου, [4] τοὺς Φοίνικας λέγει θύειν τῷ Ἡρακλεῖ ὄρτυγας, διὰ τὸ τὸν Ἡρακλέα, τὸν Ἀστερίας καὶ Διὸς, πορευόμενον εἰς Λιβύην, ἀναιρεθῆναι μὲν ὑπὸ Τυφῶ-

Delos inſ. olim Ortygia.

e νος, Ἰολάου δ' αὐτῷ προσενέγκαντος ὄρτυγα, καὶ προσαγαγόντος, ὀσφρανθέντα ἀναβιῶναι. ἔχαιρε γὰρ, φησὶ, καὶ περιὼν [5] τῷ ζώῳ τούτῳ.

XLVIII. De coturnicibus varia.

Ὑποκοριστικῶς δὲ Εὔπολις ἐν Πόλεσιν αὐτοὺς κέκληκεν ὀρτύγια, λέγων οὕτως·

1 κατεῖχεν corr. Caſaub. 2 Εὐρυσίχθων vulgo. 3 παρὸ edd. 4 τῆς περιόδου ms. *A.* cum ed. Ven. 5 περιϊὼν edd.

adnexum; ſplenem parvum, & qui vix conſpiciatur; teſticulos vero ſub iecinore, ut galli gallinacei. De earum ortu Phanodemus ſecundo libro Rerum Atticarum ſic ſcribit: » Ut conſpexit Eryſichthon Delum inſulam, quae ab antiquis *Ortygia* (quaſi dicas *Coturnicum inſula*) nominata eſt ex eo, quod greges harum avium e mari huc delatarum in inſula conſidunt, ut quae ipſis commodam ſtationem praebet.« Eudoxus vero Cnidius, libro primo Circuitus terrae, Phoenices ait Herculi coturnices immolare; quia Hercules, Aſteriae & Iovis filius, in Africam profectus, cum occiſus fuiſſet a Typhone, in vitam eſſet revocatus odore coturnicis ab Iolao ipſi adlatae naribusque admotae. Nam, cum in vivis eſſet, delectatum eſſe, ait, ea ave.

48. Diminutivo vocabulo ὀρτύγια (quaſi *coturniculas*) nominavit Eupolis in Urbibus, ubi ait:

A. Ὄρτυγας ἔθρεψας [1] σύ τινας ἤδη πώποτε;
B. Ἔγωγε μικρά γ' ὀρτύγια. κἄπειτα, τί;

Ἀντιφάνης δ' ἐν Ἀγροίκῳ ὀρτύγιον εἴρηκεν οὕτως·

— ὡς δὴ σὺ τί
ποιεῖν δυνάμενος, ὀρτυγίου ψυχὴν ἔχων;

Πρατίνας δ' ἐν Δυμαίναις [2] ἢ Καρυάτισιν, [3] ἀδύφωνον ἰδίως καλεῖ τὸν ὄρτυγα, πλὴν εἰ μή τι παρὰ τοῖς Φλιασίοις ἢ τοῖς Λάκωσι φωνάεντες, ὡς καὶ οἱ πέρ- f
Sialis avis. δικες. καὶ ἡ σίαλις δὲ ἀπὸ τούτου ἂν εἴη, φησὶν ὁ Δίδυμος, ὠνομασμένη. σχεδὸν γὰρ τὰ πλεῖστα τῶν ὀρνέων ἀπὸ τῆς φωνῆς ἔχει τὴν ὀνομασίαν. Ἡ δὲ ὀρ-
Ortygometra. τυγομήτρα καλουμένη (ἧς μνημονεύει Κράτης [4] ἐν Χείρωσι, [5] λέγων· Ἰθακησία ὀρτυγομήτρα·) λέγει δὲ περὶ αὐτῆς ὁ Μύνδιος Ἀλέξανδρος, ὅτι ἐστὶ τὸ μέ- a
γεθος ἡλίκη τρυγὼν, σκέλη δὲ μακρὰ, [6] δυσθαλὴς, καὶ δειλή. Περὶ δὲ τῆς τῶν ὀρτύγων θήρας ἰδίως ἱστο-

1 θρέψας vulgo. 2 Δυμάναις vulgo. Λακαίναις corr. Caſ. 3 Καρίτισιν edd. Καριάτισιν ms. *A*. 4 Κρατῖνος videtur legendum. 5 Χείροσι edd. 6 μικρὰ ms. Ep.

A. *Coturnices-ne tu ullas aluiſti umquam?*
B. *Equidem parvas utique coturniculas. Sed quid inde?*

Antiphanes vero in Ruſtico *coturniculam* hoc modo dixit:

— *Tu enim quid tandem*
facere potis eſſes, coturniculae cor habens?

Singulare eſt autem, quod Pratinas, in Dymanis vel Caryatidibus, *ſuaviſonam* adpellavit coturnicem; niſi fortaſſe apud Phliaſios, aut apud Lacedaemonios, vocales ſunt hae aves, ſicuti & perdices. Fortaſſe & *ſialis* avis indidem nominata fuerit, ut ait Didymus. Nam fere omnia avium genera a voce nomen invenerunt. Quae vero *ortygometra vocatur*, (cuius Crates, [*ſive*, Cratinus] meminit in Chironibus, dicens: *Ithacenſis ortygometra:*) eſt ea, ut ait Alexander Myndius, magnitudine turturis, longis cruribus, gracili corpore, timida. De venatione autem

ρεῖ Κλέαρχος ὁ Σολεὺς, ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Περὶ τῶν ἐν τῇ Πλάτωνος Πολιτείᾳ μαθηματικῶς [1] εἰρημένων, γράφων οὕτως· „Οἱ ὄρτυγες περὶ τὸν τῆς ὀχείας καιρὸν ἐὰν κάτοπτρον ἐξ ἐναντίας τις αὐτῶν, καὶ πρὸ τούτου βρόχον θῇ, τρέχοντες πρὸς τὸν ἐμφαινόμενον ἐν τῷ κατόπτρῳ, ἐμπίπτουσιν εἰς τὸν βρόχον.“ Καὶ περὶ τῶν κολοιῶν δὲ καλουμένων τὰ ὅμοια ἱστορεῖ, ἐν
b τούτοις· „Καὶ τοῖς κολοιοῖς δὲ διὰ τὴν φυσικὴν φιλοστοργίαν. [2] καὶ γὰρ τοσοῦτον πανουργίᾳ διαφέρουσιν, ὅμως ὅταν ἐλαίου κρατὴρ τεθῇ πλήρης, οἱ στάντες αὐτῶν ἐπὶ τὸ χεῖλος, καὶ καταβλέψαντες, ἐπὶ τὸν ἐμφαινόμενον καταράττουσι. διόπερ ἐλαιοβρόχων γενομένων, ἡ τῶν πτερῶν αὐτοῖς συγκόλλησις αἰτία γίνεται τῆς ἁλώσεως.“ Τὴν μέσην δὲ τοῦ ὀνόματος συλλαβὴν ἐκτείνουσιν Ἀττικοὶ, ὡς δοίδυκα, καὶ κήρυκα·

Coturnicum venatio, & graculorum.

1 μαθηματικῶν edd. 2 Supple ἁλίσκεσθαι aut διαφθείρεσθαι συμβαίνει, aut aliquid tale.

coturnicum ſingulare quiddam tradit Clearchus Solenſis, in libro qui inſcribitur De his quae apud Platonem ex ratione Mathematica dicta ſunt, ubi ita ſcribit: »Coturnices, quo tempore veneris pruritu concitantur, ſi quis ex adverſo earum ſpeculum poſuerit, & tendiculam ante ſpeculum, currentes ad imaginem in ſpeculo conſpectam, incidunt in tendiculam.« Idem de graculis, qui vocantur, ſimile quiddam narrat, dicens: »Atque etiam graculis tale quid accidit propter innatum ſui ſimilium amorem. His enim, quamvis adeo verſutiâ praeſtantibus, tamen ſi patera adponatur oleo repleta, in labio paterae reſidentes, & introrſum ſpectantes, cum impetu ruunt verſus avem quam intus conſpexerunt. Itaque oleo madentibus conglutinantur alae, & facile ipſae capiuntur.« Mediam vocabuli ſyllabam producunt Attici, quemadmodum δοίδυκα, (*cochlear*,)

ὡς ὁ Ἰξίων Φησὶν Δημήτριος ἐν τῷ Περὶ τῆς Ἀλεξανδρέων διαλέκτου. Ἀριστοφάνης δ' ἐν Εἰρήνῃ συνεσταλ- c
μένως ἔφη, διὰ τὸ μέτρον,

ὄρτυγες οἰκογενεῖς.

Chennion. Τῶν δὲ καλουμένων χεννίων, μικρὸν δ' ἐστὶν ὀρτύγιον, μνημονεύει Κλεομένης ἐν τῇ πρὸς Ἀλέξανδρον Ἐπιστολῇ, γράφων οὕτως· „Φαληρίδας [1] ταριχηρὰς μυρίας, τυλάδας πεντακισχιλίας, χέννια ταριχηρὰ μύρια.“ καὶ Ἵππαρχος ἐν τῇ Αἰγυπτίᾳ Ἰλιάδι·

Οὔ μοι Αἰγυπτίων βίος ἤρεσεν, οἷον ἔχουσιν,
χέννια τίλλοντες † καλκατιάδει σαλέοντα. [2]

XLIX.

Cygnus. Οὐκ ἀπελείποντο δὲ ἡμῶν τοῦ συμποσίου πολλάκις οὐδὲ ΚΥΚΝΟΙ. Περὶ ὧν Φησιν ὁ Ἀριστοτέ- d
λης· „Ὁ κύκνος εὔτεκνός ἐστι, καὶ μάχιμος. ἀλληλοκτονεῖ γοῦν ὁ μάχιμος. [3] μάχεται δὲ καὶ τῷ ἀε-

1 ἀθληρίδας edd. vett. cum Ms. 2 Hariolatus ſum, τίλλοντές τε, καὶ ἀλκὰ τάδ' εἰσαλέοντες. 3 Forſ. ὁ μαχόμενος.

& *κήρυκα* (*praeconem*,) vocali *υ* longâ dicunt; ut tradit Demetrius Ixion in libro de Alexandrinorum Dialecto. Sed Ariſtophanes in Pace mediâ correptâ uſus eſt metri cauſſâ, *ὄρτυγες οἰκογενεῖς*: *coturnices domeſticae*. Quae vero *chennia* vocantur, (parva ea coturnicula eſt) eorum mentionem facit Cleomenes in Epiſtola ad Alexandrum, ubi ſcribit: »Phaleridas (mergi genus) ſale conditas decies mille; tyladas (turdo minores) quinquies, chennia ſalita decies mille.« Item Hipparchus, in Iliade Aegyptia:

Mihi Aegyptiorum haud placuit vita, quam degunt
chennia vellentes, & [*ſalita haec intus cumulantes.*]

49. Ne CYGNI quidem ſubinde deerant epulis noſtris. De quibus haec tradidit Ariſtoteles: »Cygnus numeroſâ prole foecundus eſt, idemque pugnax; ita quidem ut mutuo etiam ſe occidant pugnantes. Pugnat

τῷ, [1] αὐτὸς μάχης μὴ προαρξάμενος. Εἰσὶ δ' ᾠδικοὶ, καὶ μάλιστα περὶ τὰς τελευτάς. διαίρουσι [2] δὲ καὶ τὸ πέλαγος ᾄδοντες. ἔστι δὲ τῶν στεγανοπόδων, καὶ ποηφάγων.“ Ὁ δὲ Μύνδιός φησιν Ἀλέξανδρος πολλοῖς τελευτῶσι παρακολουθήσας, οὐκ ἀκοῦσαι ᾀδόντων. Ὁ δὲ τὰ Κεφαλίωνος ἐπιγραφόμενα Τρωϊκὰ συνθεὶς Ἡγησιάναξ ὁ Ἀλεξανδρεὺς, καὶ τὸν Ἀχιλλεῖ μονομα-
e χήσαντα Κύκνον, φησὶ, τραφῆναι ἐν Λευκόφρυϊ πρὸς τοῦ ὁμωνύμου ὄρνιθος. Βοῖος δ' ἐν Ὀρνιθογονίᾳ, ἢ Βοιὼ, [3] ὥς φησι Φιλόχορος, ὑπὸ Ἄρεως τὸν Κύκνον ὀρνιθωθῆναι, καὶ παραγενόμενον ἐπὶ τὸν Σύβαριν [4] ποταμὸν, πλησιάσαι γεράνῳ. λέγει δὲ καὶ ἐντίθεσθαι αὐτὸν τῇ νεοττιᾷ πόαν τὴν λεγομένην λυγαίαν. Καὶ περὶ τῆς Γεράνου δέ φησιν ὁ Βοῖος, ὅτι ἦν τις παρὰ τοῖς Grus.
Πυγμαίοις γυνὴ διάσημος, ὄνομα Γεράνα. [5] αὕτη κα-

1 τῷ αὐτῷ ed. Ven. cum Msto. 2 διαιροῦσι vulgo. 3 Βοιῷ edd. 4 Σίβαριν edd. 5 Desunt duae voces edd.

etiam cum aquila, nec vero ipse initium facit pugnandi. Sunt autem canori, maxime sub vitae finem: atque etiam maria traiiciunt canentes. Pedes habent palmatos: pascuntur herbâ.« Alexander vero Myndius affirmat, plures se prosecutum esse moribundos, nec ullum audivisse canentem. Hegesianax vero Alexandrinus, auctor libri qui Cephalionis Troïca inscribitur, Cygnum illum, qui cum Hercule singulari certamine pugnavit, ait a cognomine ave enutritum fuisse in Leucophrye insula. Boeus vero in Avium generatione, sive Boeo, ut ait Philochorus, a Marte in avem mutatum esse Cygnum tradit, &, cum ad Sybarin fluvium pervenisset, congressum esse cum grue. Scribit idem, cygnum nido suo imponere herbam, quae lygaea vocatur. Atque etiam de Grue ait Boeus, fuisse apud Pygmaeos insignem mulierem, nomine *Geranam*: quae

τὰ θεὸν τιμωμένη πρὸς τῶν πολιτῶν, αὐτὴ τοὺς ὄντως θεοὺς ταπεινῶς ἦγε, μάλιστα δὲ Ἥραν τε καὶ Ἄρτεμιν. ἀγανακτήσασα οὖν ἡ Ἥρα εἰς ἀπρεπῆ ὄψιν τὴν ὄρνιν μετεμόρφωσε, πολέμιόν τε καὶ στυγητὴν κατέστησε τοῖς τιμήσασιν αὐτὴν Πυγμαίοις. γενέσθαι δὲ, λέγει, ἐξ αὐτῆς καὶ Νικοδάμαντος τὴν χερσαίαν χελώνην. Καθόλου δὲ ὁ ποιήσας ταῦτα τὰ ἔπη, πάντα τὰ ὄρνεα ἀνθρώπους ἱστορεῖ πρότερον γεγονέναι. f

L. COLUMBARUM variae species.

ΦΑ'ΣΣΑΙ. Ἀριστοτέλης φησὶ περιστερῶν μὲν εἶναι ἓν γένος, εἴδη δὲ πέντε, γράφων οὕτως· „περιστερὰ, οἰνὰς, φὰψ, φάσσα, τρυγών. ἐν δὲ πέμπτῳ a Περὶ Ζώων Μορίων τὴν φάβα οὐκ ὀνομάζει· καί τοι Αἰσχύλου, ἐν τῷ Τραγικῷ [1] Πρωτεῖ, οὕτω μνημονεύοντος τοῦ ὄρνιθος·

Σιτουμένην δύστηνον [2] ἀθλίαν φάβα,

1 Deeſt vox editis. 2 δύσθανον ed. Caſ. δύσταινον ed. Ven. & Baſ.

cum pro Deâ coleretur a ſuis civibus, veros Deos ipſa contemtui habebat, praeſertimque Iunonem & Dianam. Quare indignata Iuno in avem invenuſtâ formâ eam mutaſſe, effeciſſeque ut hoſtis atque odioſa eſſet Pygmaeis, qui antea eam venerati eſſent. Ex illa vero & Nicodamante genitam ait eſſe teſtudinem terreſtrem. Omnino vero aves cunctas homines prius fuiſſe narrat illius poëmatis auctor.

50. COLUMBAE. Ariſtoteles, Columbarum unum quidem eſſe genus, ait, ſed quinque ſpecies, quas ſic enumerat: περιστερὰ, (*columba* proprie ſic dicta,) οἰνὰς, (*oenas*, *vinago*,) φὰψ, (*phabs*, *palumbus minor*,) φάσσα, (*phaſſa*, vel *phatta*, *palumbus maior*,) τρυγών. (*trygon*, id eſt, *turtur*.) Quinto vero libro De Partibus Animalium, *phaba* non recenſet: quamquam huius avis Aeſchylus meminit in Proteo Tragico, ubi ait:

Paſcentem infelicem miſeram phaba,

μέσακτα πλευρὰ [1] *πρὸς πτύοις* [2] *πεπλεγμένην.* [3] *κἀν Φιλοκτήτῃ δὲ κατὰ γενικὴν κλίσιν φαβῶν εἴρηκεν.* „Ἡ *μὲν οὖν οἰνὰς, φησὶν ὁ* Ἀριστοτέλης, *μείζων ἐστὶ τῆς περιστερᾶς, χρῶμα δ' ἔχει οἰνωπόν· ἡ δὲ φὰψ, μέσον περιστερᾶς* [4] *καὶ οἰνάδος·* [5] *ἡ δὲ φάσσα ἀλέκτορος τὸ μέγεθος, χρῶμα δὲ σποδιόν· ἡ δὲ τρυγὼν πάντων ἐλάττων, χρῶμα δὲ τεφρόν. αὕτη δὲ θέρους φαίνεται, τὸν δὲ χειμῶνα φωλεύει. ἡ δὲ φὰψ καὶ ἡ περιστερὰ αἰεὶ φαίνονται· ἡ δ' οἰνὰς φθινοπώρῳ μόνῳ. πολυχρονιωτέρα δὲ εἶναι λέγεται τούτων ἡ φάσσα· καὶ γὰρ τριάκοντα καὶ τεσσαράκοντα ζῇ ἔτη.* Οὐκ *ἀπολείπουσι δ' ἕως θανάτου οὔτε οἱ ἄῤῥενες τὰς θηλείας, οὔτε αἱ θήλειαι τοὺς ἄῤῥενας, ἀλλὰ καὶ τελευτήσαντος χηρεύει ὁ ὑπολειπόμενος. τὸ δ' αὐτὸ*

1 *μέσαν τὰ πλευρὰ* corr. Casaub. 2 *προσπτύοις* unâ voce edd. quod vertit Dalec. quasi esset *προσπτύσσοις*. 3 *πεπληγμένην* legendum censui. 4 Novem verba desunt edd. 5 Loco verborum *καὶ οἰνάδος*, in ed. Bas. legitur *ἐλάττων δὲ φαβός*. In ed. Casaub. vero post *καὶ οἰνάδος* inserta sunt eadem ista, *ἐλάττων δὲ φαβός*.

fractis ad ventilabra lateribus percussam.

Idem in Philoctete genitivo plurali *φαβῶν* usus est. *Oenas* igitur, (sive, *vinago*) maior est, ut ait Aristoteles, quam columba vulgaris, colorem autem habet vineum: *phabs* vero, inter columbam & oenadem media: *phassa*, galli gallinacei est magnitudine, colore cinereo albicante: *trygon* vero omnium minima, cinereo colore nigrescente. Haec quidem aestate adparet, hieme vero occultatur: *phabs* autem & columba (vulgaris) semper adparent; *oenas* vero nonnisi autumno. Ex his diuturniore vitâ frui aiunt phassam: vivere quippe ad triginta atque etiam quadraginta annos. Nec vero deserunt (in universo genere columbarum) aut foeminas masculi, aut masculos foeminae, usque ad mortem: & altero mortuo, viduam vitam agit superstes. Idem fa-

ποιοῦσι καὶ κόρακες, καὶ κορῶναι, καὶ κολοιοί. Ἐπωά-
ζει δ' ἐκ διαδοχῆς πᾶν τὸ περιστεροειδὲς γένος· καὶ γε-
νομένων τῶν νεοττῶν, ὁ ἄῤῥην ἐμπτύει αὐτοῖς, [1] ὡς
μὴ βασκανθῶσι. Τίκτει δὲ ὠὰ δύο, ὧν τὸ μὲν πρῶτον C
ἄῤῥεν ποιεῖ, τὸ δὲ δεύτερον θῆλυ. τίκτουσι δὲ πᾶσαν
ὥραν τοῦ ἔτους· διὸ δὴ καὶ δεκάκις [καὶ ἑνδεκάκις] [2]
τοῦ ἐνιαυτοῦ τιθέασιν· ἐν Αἰγύπτῳ δὲ δωδεκάκις. τε-
κοῦσα γὰρ, τῇ ἐχομένῃ ἡμέρᾳ συλλαμβάνει." Ἔτι
ἐν τῷ αὐτῷ φησιν Ἀριστοτέλης, ὅτι περιστερὰ ἕτε-
ρον, [3] πελειὰς [4] δ' ἔλαττον. καὶ ὅτι ἡ πελειὰς τιθα-
σὸν γίνεται, περιστερὰ δὲ [5] καὶ μέλαν, καὶ μικρὸν,
καὶ ἐρυθρὸν, [6] καὶ τραχύπουν· διὸ οὐδεὶς τρέφει. Ἴδιον
δὲ λέγει τῆς περιστερᾶς, τὸ κυνεῖν [7] αὐτὰς ὅταν μέλ-

1 αὐτοῖς deest edd. 2 Verba ex Arist. adiecta in ed. Bas. & Cas. 3 Suppleri potest, ἕτερον δὲ πελειάς. 4 πελιὰς edd. cum ms. *A.* & sic mox iterum ms. *A.* 5 Oportebat, καὶ ὅτι ἡ περιστερὰ τιθ. γιν. πελειὰς δὲ καὶ μέλαν &c. 6 ἐρυθρόπουν videtur legendum, ut apud Aristot. 7 κύειν edd. ut apud Arist.

ciunt & corvi, & cornices, & graculi. Universum item columbinum genus ovis incubat alternis vicibus: & postquam exclusi sunt pulli, sputo eos conspergit mas, ne fascinentur. Pariunt autem ova duo, quorum e priori mas nascitur, ex altero foemina. Pariuntque quovis anni tempore: quare ad decies [& undecies] ponunt per annum; in Aegypto vero etiam duodecies: nam postridie quam peperit, rursus concipit foemina. « Dicit vero eodem loco Aristoteles, differre περιστερὰν a *peleiade*, [quam *liviam* latine reddunt;] esse autem peleiadem minorem. Et esse peleiadem [*imo vero*, τὴν περιστερὰν] cicurem; τὴν περιστερὰν vero [*potius*, τὴν πελειάδα] nigram, minorem, rubram, [*sive*, rubris pedibus,] & asperis pedibus: easque ob caussas neminem eas alere. Proprium vero hoc esse ait columbae, (τῆς περιστερᾶς,) quod osculentur sese cum coire volunt;

d λῶσιν ἀναβαίνειν, ἢ οὐκ ἀνέχεσθαι τὰς θηλείας. [1] ὁ δὲ πρεσβύτερος, φησὶ, καὶ προαναβαίνει [2] μὴ κύσας· οἱ δὲ νεώτεροι αἰεὶ τοῦτο ποιήσαντες ὀχεύουσιν. καὶ αἱ θήλειαι δ' ἀλλήλαις ἀναβαίνουσιν, ὅταν ἄῤῥην μὴ παρῇ, κυσάμεναι· καὶ οὐδὲν προϊέμεναι εἰς ἀλλήλας, τίκτουσιν ὠὰ ἐξ ὧν οὐ γίνεται νεοττός. Οἱ δὲ Δωριεῖς τὴν πελειάδα ἀντὶ περιστερᾶς τιθέασιν, ὡς Σώφρων ἐν Γυναικείοις. Καλλίμαχος δ', ἐν τῷ Περὶ Ὀρνέων, ὡς διαφόρους ἐκτίθεται, φάσσαν, πυραλίδα, [3] περιστερὰν, τρυγόνα.

Ὁ δὲ Μύνδιος Ἀλέξανδρος, οὐ πίνειν, φησὶ, τὴν — LI.
e φάσσαν ἀνακύπτουσαν, [4] ὡς [5] τὴν τρυγόνα· καὶ τοῦ χειμῶνος μὴ φθέγγεσθαι, εἰ μὴ εὐδίας γενομένης. [6] Λέγεται δὲ, ὅτι ἡ οἰνὰς ἐὰν φαγοῦσα τὸ τῆς ἰξίας

Plura de Columbis.

1 τῆς θηλείας edd. cum ms. *A.* 2 προσαναβαίνει ed. Casaub. 3 πυραλλίδα edd. 4 ἀνακόπτουσαν edd. cum ms. *A.* 5 ὥσπερ edd. ὡς καὶ τὴν τρ. malebam. 6 γινομένης edd.

alioqui enim marem non admitti a foemina. Maior vero natu, ait, etiam prius ascendit, non osculatus: iuniores vero numquam ineunt foeminam, quin hoc fecerint. Sed & foeminae mutuo se ineunt dato osculo, si mas non adest: quoniam vero semen nullum emittunt, ova pariunt e quibus non excluditur pullus. Dores vero *peleiadem* dicunt, (πελειάδα,) pro *columba*, περιστερᾶ: ut Sophron in Mimis Muliebribus. Callimachus vero, in libro De Avibus, ut diversas commemorat, *phassam*, *pyralidem*, [sive, *pyrallidem*,] *columbam*, *turturem*.

51. Alexander Myndius refert, phassam inter bibendum non erigere caput, quemadmodum turturem; & vocem non edere hieme, nisi postquam serenum & tranquillum factum sit coelum. Narrant etiam, sicubi vinago devoratum visci semen in arbore quadam cum ex-

σπέρμα, ἐπί τινος ἀφοδεύσῃ δένδρου, ἰδίαν [1] ἰξίαν φύεσθαι. Δαΐμαχος δ', ἐν τοῖς Ἰνδικοῖς, ἱστορεῖ περιστερὰς μηλίνας γίνεσθαι ἐν Ἰνδοῖς. Χάρων δ' ὁ Λαμψακηνὸς, ἐν τοῖς Περσικοῖς, περὶ Μαρδονίου ἱστορῶν, καὶ τοῦ διαφθαρέντος στρατοῦ Περσικοῦ περὶ τὸν Ἄθω, γράφει καὶ ταῦτα· „Καὶ λευκαὶ περιστεραὶ τότε πρῶτον εἰς Ἕλληνας ἐφάνησαν, πρότερον οὐ γιγνόμεναι.“ Ὁ δ' Ἀριστοτέλης φησὶν, ὡς αἱ περιστεραὶ, f γιγνομένων τῶν νεοττῶν, τῆς ἁλμυριζούσης γῆς διαμασησάμεναι, [2] ἐμπτύουσιν αὐτοῖς διοιγνῦσαι τὸ στόμα, διὰ τούτου παρασκευάζουσαι αὐτοὺς πρὸς τὴν

Veneris Erycinae columbae.

τροφήν. Τῆς δὲ Σικελίας ἐν Ἔρυκι καιρός τις ἐστὶν, ὃν καλοῦσιν Ἀναγωγάς· [3] ἐν ᾧ φασι τὴν θεὸν εἰς Λιβύην ἀνάγεσθαι. τότ' οὖν αἱ περὶ τὸν τόπον περιστεραὶ ἀφανεῖς γίνονται, ὡς δὴ τῇ θεῷ συναποδημοῦσαι. καὶ μεθ' ἡμέρας ἐννέα, ἐν τοῖς λεγομένοις Καταγω-

1 Deest ἰδίαν edd. 2 διαμασησαμ. edd. 3 Ἀναγώγια Aelian.

crementis depofuerit, ibi proprium vifcum nafci. Porro Daïmachus in Rebus Indicis fcribit, citrino colore columbas in India generari. Charon vero Lampfacenus, in Perficis, ubi de Mardonio loquitur & de Perfarum exercitu qui circa Atho montem periit, haec fimul fcribit: »Et tunc primum in Graecia confpectae funt albae columbae, quae nullae ante id tempus fuerant.« Ariftoteles vero tradit, columbas, poftquam exclufi funt pulli, os eis aperire, & praemanfam terram falfam infpuere, ad capiendum cibum hac ratione illos praeparantes. Eryce in Sicilia ftatum tempus eft, quod Ἀναγωγὰς [five, *Anagogia*, id eft, *Disceffum*] vocant: quo tempore Deam aiunt in Libyam discedere. Per id igitur tempus nullae ibi locorum columbae confpiciuntur, ut quae cum Dea peregrinantur. Poft nonum vero diem, quod tempus Καταγώγια (id eft, *Reditus*)

a γίοις, μιᾶς προπετασθείσης [1] ἐκ τοῦ πελάγους περιστερᾶς, καὶ εἰς τὸν νεὼν εἰσπτάσης, παραγίνονται καὶ αἱ λοιπαί. ὅσοι οὖν τότε περιουσίας [2] εὖ ἥκουσι τῶν περιοίκων, εὐωχοῦνται· οἱ δὲ λοιποὶ κροταλίζουσι μετὰ χαρᾶς. ὄζει δὲ πᾶς ὁ τόπος τότε βούτυρον, ᾧ δὴ τεκμηρίῳ χρῶνται τῆς θείας ἐπανόδου. Αὐτοκράτης δ' [3] ἐν τοῖς Ἀχαϊκοῖς, καὶ τὸν Δία, ἱστορεῖ, μεταβαλεῖν τὴν μορφὴν εἰς περιστερὰν, ἐρασθέντα παρθένου Φθίας ὄνομα ἐν Αἰγίῳ. [4] Ἀττικοὶ δὲ ἀρσενικῶς περιστερὸν καλοῦσιν. Ἄλεξις, Συντρέχουσιν·

b Λευκὸς [5] Ἀφροδίτης εἰμὶ γὰρ περιστερός.
Οἶδε [6] Διόνυσος, οἶδε τὸ μεθύσαι μόνον·
εἰ δὲ νέον, ἢ παλαιὸν, οὐ πεφρόντικεν.

ἐν δὲ Ῥοδίῳ ἢ Ποππυζούσῃ, θηλυκῶς εἴρηκε, καὶ ὅτι αἱ Σικελικαὶ διάφοροι εἰσί·

1 προσπετασθ. edd. cum ms. *A*. 2 περὶ οὐσίας ed. Baſ. & Caſaub. 3 Deeſt coniunctio edd. 4 Αἰγείῳ vulgo. 5 Ὁ λευκὸς vulgo. 6 Forſ. Ὁ δὲ Διον.

nominatur, poſtquam una columba provolavit e mari, & in templum involavit, mox reliquae ſequuntur. Tum quotquot circa ea loca habitant, quibus ampla res domi eſt, ii laute epulantur: reliqui laeti plaudunt. Oletque tunc univerſus is tractus butyrum: quo utuntur indicio reditus Divae. Autocrates, in Achaicis, refert etiam Iovem in columbae formam verſum fuiſſe Aegii, [Achaiae oppido,] cum virginem deperiret Phthiam nomine. Attici masculino nomine περιστερὸν vocant: (quaſi latine *columbum* dicas.) Alexis, in Concurſantibus:

Candidus enim Veneris ſum columbus.
Novit Bacchus, novit merum potare ſolum:
ſit-ne novum vero, an vetus, parum curat.

In Rhodio vero, ſive Muliere adblandiente, in foeminino genere dixit; ubi ſimul ſignificat praeſtantiam Sicularum columbarum:

— Περιστερὰς
ἔνδον τρέφων τῶν Σικελικῶν τούτων πάνυ
κομψάς. —

Φερεκράτης, ἐν Γραφεῦσι, φησίν·

'Απόπεμψον ἀγγέλλοντα τὸν περιστερόν.

ἐν δὲ Πετάλῃ·

'Αλλ', ὦ περιστέριον, ὅμοιον Καλλισθένει c
πέτου, κόμισον δέ μ' ἐς Κύθηρα καὶ Κύπρον.

Νίκανδρος δ', ἐν δευτέρῳ Γεωργικῶν, τῶν Σικελικῶν μνημονεύων πελειάδων, φησί·

Καί τε σύ γε θρέψαιο Δρακοντιάδας διτοκεύσας,
ἢ Σικελὰς, μεγάροιο πελειάδας· οὐδέ φιν ἅρπαι,[1]
οὐδέ φιν ἴρηκες[2] νωνήσιμοι[3] ἐξενέποντα.[4]

LII. ANAS, aliaeque aves aquatiles.

ΝΗ͂ΤΤΑΙ. Τούτων, ὥς φησιν 'Αλέξανδρος ὁ Μύνδιος, ὁ ἄῤῥην μείζων καὶ ποικιλώτερος. τὸ δὲ λε-

1 οὐδὲ † φιναρσὰ edd. φιναρσαι Ms. 2 οὖ δὲ φινοστράκιοι vulgo. 3 νωμήσιμοι vulgo. 4 ἐξενίπτονται edd. ἐξενίποντα Ms.

— *Columbas*
intus alens, de genere Sicularum illarum,
elegantes admodum.

Pherecrates, in Pictoribus, ait:

Dimitte nuncium columbum.

In Petala vero:

At, o columbula, similis Callistheni
vola, perveheque me in Cythera & in Cyprum.

Nicander, secundo Georgicorum, Sicularum peleiadum meminit, dicens:

Tuque in aedibus ale Dracontiadas biparas
aut Siculas peleiades; quibus nec milvi
nec accipitres nocere dicuntur.

52. ANATES. Harum mas, ut ait Alexander Myndius, maior est & magis variegatus. Quod vero *glaucion* vo-

γόμενον γλαυκίον διὰ τὴν τῶν ὀμμάτων χρόαν,
d μικρῷ ἔλαττόν ἐστι νήττης. τῶν δὲ βοσκάδων κα-
λουμένων, ὁ μὲν ἄῤῥην κατάγραφος. ἔστι δὲ ἧττον
νήττης. [1] ἔχουσι δὲ οἱ ἄῤῥενες σιμά τε καὶ ἐλάττονα
τῇ συμμετρίᾳ τὰ ῥύγχη. [2] ἡ δὲ μικρὰ κολυμβὶς,
πάντων ἐλαχίστη τῶν ἐνύδρων, ῥυπαρομέλαινα [3] τὴν
χροιὰν, καὶ τὸ ῥύγχος ὀξὺ ἔχει, σκέπον τε [4] τὰ ὄμ-
ματα· τὰ δὲ πολλὰ καταδύεται. ἔστι δὲ καὶ ἄλλο
γένος βοσκάδων, μεῖζον μὲν νήττης, ἔλαττον δὲ χην-
αλώπεκος. αἱ δὲ λεγόμεναι φασκάδες, μικρῷ
μείζονες οὖσαι τῶν μικρῶν κολυμβίδων, τὰ λοιπὰ
νήτταις εἰσὶ παραπλήσιοι. [5] ἡ δὲ λεγομένη οὐρία,
e οὐ πολὺ λείπεται νήττης· τῷ χρώματι δὲ ῥυποκέρα-
μός ἐστι, [6] τὸ δὲ ῥύγχος μακρόν τε καὶ στενὸν ἔχει.
ἡ δὲ φάλαρις, καὶ αὐτὴ στενὸν ἔχουσα τὸ ῥύγχος,
στρογγυλοτέρα τὴν ὄψιν οὖσα, ἔντεφρος τὴν γαστέ-

1 κατάγραφος νήττης edd. cum ms. *A.* omiſſis tribus vocibus.
2 ῥύγχα edd. 3 ῥυπαρομέλανα edd. ῥυπαρομέλαιναν malim.
4 σκέπτον τε ed. Caſaub. 5 παραπλήσιαι edd. cum ms. *Ep.*
6 ῥυπαροκέραμός ἐστι edd.

catur ob oculorum colorem, id paulo minus eſt anate. Quae *boſcades* appellantur, earum mas notis diſtinctus eſt: eſt autem minor anate. Habent autem mares ſima roſtra, & pro portione minora. Parva *colymbis*, omnium minima aquatilium avium, colore eſt ſordide nigro, roſtro acuto & oculos tegente: aquas haec ſubit frequentiſſime. Eſt vero etiam aliud boſcadum genus, maius anate, minus vulpanſere. Quae vero *phaſcades* vocantur, paulo maiores ſunt quam parvae colymbides, caeterum anatibus ſimiles. *Uria* quae vocatur, haud multo minor eſt anate, colore ſordide teſtaceo, roſtro longo & anguſto. Etiam *phalaridi* anguſtum roſtrum eſt, ſpecies vero corporis rotundior, cinereus

ρα, μικρῷ μελαντέρα τὸν νῶτον.[1] Τῆς δὲ νήττης καὶ κολυμβάδος, ἀφ' ὧν καὶ τὸ νήχεσθαι καὶ κολυμβᾷν εἴρηται, μνημονεύει μετὰ καὶ ἄλλων λιμναίων πολλῶν Ἀριστοφάνης ἐν Ἀχαρνεῦσι διὰ τούτων·

Νάσσας, κολοιοὺς, ἀττάγας, φαλαρίδας,
τροχίλους, κολυμβούς. — f

Μνημονεύει αὐτῶν καὶ Καλλίμαχος ἐν τῷ Περὶ Ὀρνέων.

LIII. Paraſtatae. Παρῆσαν δὲ πολλάκις ἡμῖν καὶ οἱ καλούμενοι παραστάται, ὧν μνημονεύει Ἐπαίνετος ἐν Ὀψαρτυτικῷ, καὶ Σιμάριστος[2] ἐν τρίτῳ Συνωνύμων καὶ τετάρτῳ. εἰσὶ δ' οἱ ὄρχεις οὕτω καλούμενοι. Συγκεκνισωμένων δέ τινων κρεῶν ζωμῷ καὶ[3] παραφερομένων, ἐπεί τις ἔφη, τῶν πνικτῶν κρεαδίων δὸς, ὁ τῶν ὀνομάτων Δαίδαλος Οὐλπιανὸς, αὐτὸς ἐγώ φησιν a ἀποπνιγήσομαι, εἰ μὴ εἴπῃς ὅπου καὶ σὺ εὗρες τὰ

Carnes ſuffocatae.

1 τὸ νῶτον edd. 2 Σίμαρος vulgo. 3 *Delenda* videtur καὶ partic.

color in ventre, paulo magis niger in tergo. Anatis & mergi, (νήττης & κολυμβάδος) a quibus & verba ducuntur, νήχεσθαι, *natare*, & κολυμβᾷν, *ſub aqua mergi*) ſimul cum multis aliis paluſtribus avibus meminit Ariſtophanes in Acharnenſibus, ubi ait:

Anates, graculos, attagenas, phalaridas,
trochilos, mergos.

Eorumdem meminit Callimachus in libro DE Avibus.

53. Aderant nobis ſaepe etiam qui *paraſtatae* vocantur; quorum Epaenetus meminit in Arte Coquinaria, & Simariſtus libro tertio & quarto Synonymorum. Sunt autem teſticuli, quos ita adpellant. Adpoſitis vero carnibus quibusdam cum iure ſuaviſſimum nidorem ſpargentibus, cum dixiſſet nonnemo, Cedo mihi de *ſuffocatis* (πνικτοῖς) iſtis carnibus; ibi tum vocabulorum Daedalus Ulpianus: Ipſe ego, inquit, ſuffocer, ni nobis dicas, ubinam tu carnes tales memoratas legeris:

τοιαῦτα κρεάδια. οὐ μὴ γὰρ ὀνομάσω πρὶν μαθεῖν. ὁ δὲ, Στράττις εἶπεν, ἔφη, ἐν Μακεδόσιν ἢ Κινησίᾳ·

— — πνικτόν τι τοίνυν ἔστω σοι συχνὸν
τοιοῦτον. —

καὶ Εὔβουλος, Κατακολλωμένῳ·

Καὶ πνικτὰ Σικελικὰ πατανίων [1] σωρεύματα.

Ἀριστοφάνης τ' εἴρηκεν ἐν Σφηξίν·

ἐν λοπάδι πεπνιγμένον. [2]

Κρατῖνος δ', ἐν Δηλιάσι·

b Τῷ δ' ὑποτρίψας τι μέρος πνῖξον [3] καθαρύλλως.

Ἀντιφάνης δ', ἐν Ἀγροίκῳ·

— Α. Καὶ πρῶτα μὲν
αἴρω ποθεινὴν μᾶζαν, ἣν Φερέσβιος
Δηὼ [4] βροτοῖσι χάρμα δωρεῖται φίλον. [5]
ἔπειτα πνικτὰ τακερὰ μηκάδων μέλη,

1 παντανίων vulgo. 2 Temere πεπνιγμένων ed. Cas. 3. 3 πνίξων ed. Casaub. 4 Δημήτηρ vulgo. 5 φίλων edd.

numquam enim ego sic eas nominavero, quin hoc didicerim. Et ille: Strattis, ait, in Macedonibus sive Cinesiâ, dixit:

Sit tibi frequens igitur caro suffocata talis.

Et Eubulus, in Glutinato:

Carnium Siculo more suffocatarum cumulatae patinae.

Et Aristophanes, in Vespis:

in patina suffocatum.

Cratinus vero, in Deliadibus:

Itaque tu intere partem quamdam, & suffoca nitidule.

Antiphanes vero, in Rustico:

— A. *Et primum quidem*
mazam fero optatam, quam alma mater
Ceres gratum mortalibus munus dedit.
Dein suffocata tenera caprarum membra,

χλόην καταμπέχοντα, σάρκα νεογενῆ.
B. Τί λέγεις; [1] A. Τραγωδίαν περαίνω [2] Σοφοκλέους.

LIV.

Lactentes porcelli.

ΓΑΛΑΘΗΝΩ͂Ν δὲ χοίρων ποτὲ περιενεχθέντων, καὶ περὶ τούτων ἐζήτησαν οἱ δαιταλεῖς εἰ τὸ ὄνομα εἴρηται. καί τις ἔφη· Φερεκράτης, Δουλοδιδασκάλῳ· C

γαλαθηνὰ ἔκλεπτον, οὐ τέλεα.

ἐν δὲ Αὐτομόλοις·

οὐ γαλαθηνὸν ἆρ' ὗν θύειν μέλλεις;

Ἀλκαῖος, Παλαίστρᾳ·

Ὁδὶ [3] γὰρ αὐτός ἐστιν· εἴ τι γρύξομαι, [4]
ὧν σοι λέγω, πλέον τι γαλαθηνοῦ μυός. [5]

Ἡρόδοτος δ' ἐν τῇ πρώτῃ φησὶν, ὅτι ἐν Βαβυλῶνι ἐπὶ τοῦ χρυσοῦ βωμοῦ οὐκ ἔξεστι θύειν, ὅτι μὴ γαλαθηνὰ μοῦνα. Ἀντιφάνης, Φιλεταίρῳ·

1 λέγῃς edd. 2 παραινῶ vulgo. 3 ὁ δεῖ vulgo. Forsan ὡ δὶ debuere. Varie corrigunt viri docti. 4 γρίξομαι edd. 5 ὑὸς edd.

herbulis circumdata, carnem nuperrime natam.
B. *Quid ais?* A. *Tragoediam perago Sophoclis.*

54. Quum vero aliquando *Lactentes porcelli* (Γαλαθηνοὶ χοῖροι) circumferrentur, etiam super his quaesiverunt convivae, an reperiatur nomen apud antiquos. Responditque unus ex illis: Pherecrates in Servo-magistro ait:

Lactentia furatus sum, non perfecta.

Idem, in Transfugis:

Nonne ergo lactentem porcum mactaturus es?

Alcaeus, in Palaestra:

En illum ipsum! si quid mutiam ego
de his, quae tibi dico, tantulo amplius quam lactens mus!

Herodotus vero libro primo tradit, Babylone ad auream aram nulla alia animalia immolari nisi lactentia. Antiphanes, in Philetaero:

d Κομψός γε μικρὸς κρωμακίσκος οὑτοσὶ [1]
γαλαθηνός. —
Ἡνίοχος, Πολυεύκτῳ·
Ὁ βοῦς χαλκοῦς ἦν, ἄνεφθος δὲ καὶ πάλαι·
ὁ δ' ἴσως γαλαθηνὸν τέθυκε τὸν χοῖρον λαβών.
καὶ Ἀνακρέων δέ φησιν·
Οἷά τε νεβρὸν νεοθηλέα γαλαθηνὸν, ὅς τ' ἐν ὕλῃ
κεροέσσης [2] ἀπολειφθεὶς [3] ἀπὸ [4] μητρὸς ἐπτοήθη.
Κράτης, Γείτοσι·
Νῦν μὲν γὰρ ἡμῖν [5] παιδικῶν δαὶς [ἀεὶ,] [6]
ὅκως περ ἀρνῶν ἐστι [7] γαλαθηνῶν τε καὶ
χοίρων. —
e Σιμωνίδης δ' ἐπὶ τοῦ Περσέως τὴν Δανάην ποιεῖ λέγουσαν·
Ὦ τέκος, οἷον ἔχω πόνον·

1 οὗτος vulgo. 2 κερόεις edd. καιρόσσης Ms. 3 ὑπολειφθεὶς apud Aelian. 4 ὑπὸ corrigunt viri docti. 5 ὑμῖν edd. 6 ἀεὶ ex coniect. adiecimus. δαίσομ' ὥσπερ ἀρνων edd. δαισοχως περ ἀρνῶν Ms. 7 ἔπι ed. Ven. Baſ. Caſ. 1. 2. ἔτι ed. Caſ. 3.

Lepidus ſane parvus cromaciſcus hic
lactens.
Heniochus, in Polyeucto:
Bos erat aeneus, qui iam dudum percoqui non poſſet:
hic autem fortaſſe lactentem porcum ſumſit quem immolaret.
Et Anacreon ait:
Velut hinnulum tenellum, lactentem, qui in ſylvis,
poſtquam cornutam deſeruit matrem, paveſcit.
Crates, in Vicinis:
Nunc nobis amaſiorum epulae ſunt [ſemper,]
dum quidem agnorum lactentium porcellorumve
copia eſt.
Simonides vero Danaën de Perſeo haec dicentem inducit:
O infans! quantum habeo doloris!

σὺ δ' ἀωτεῖς, [1] γαλαθηνῷ τ' ἤτορι κνώσσεις.

καὶ ἐν ἄλλοις ἐπ' Ἀρχεμόρου εἴρηκεν·

Ἰὼ στεφάνου· [2] γλυκεῖαν ἐδάκρυσαν ψυχὰν
ἀποπνέοντα γαλαθηνὸν τέκος.

Κλέαρχος δ', ἐν τοῖς Περὶ Βίων, εἰς τοῦτό φησιν ὠμότητος Φάλαριν τὸν τύραννον ἐλάσαι, ὡς γαλαθηνὰ θοινᾶσθαι βρέφη. Θῆσθαι δέ ἐστι, τὸ θηλάζειν τὸ γάλα. Ὅμηρος· [3]

Ἕκτωρ γὰρ θνητός τε γυναῖκά τε θήσατο μαζόν. f

διὰ τὸ ἐντίθεσθαι τὰς θηλὰς εἰς τὰ στόματα τὰ βρέφη. καὶ ὁ τιτθὸς ἐνθένδε, διὰ τὸ ἐντίθεσθαι τὰς θηλάς.

Νεβροὺς κοιμήσασα νεηγενέας γαλαθηνούς.

LV. Dorcades. Περιενεχθεισῶν δέ ποτε καὶ ΔΟΡΚΑΔΩΝ, ὁ a Ἐλεατικὸς [4] Παλαμήδης ὀνοματολόγος ἔφη· Οὐκ

1 σὺ δ' αὖτε εἰς vulgo. 2 Εὐστεφάνου edd. 3 Deest vox Ὅμηρος edd. 4 Rectius fuerit Ἐλεάτης.

tu vero placide dormis, & tenero pectore (γαλαθηνῷ ἤτορι) *stertis.*

Et alibi de Archemoro dixit:

Heu coronam! Lactentem deflebant infantem,
dulcem animam efflantem.

Clearchus vero in Vitis scribit, eo saevitiae progressum esse Phalaridem, ut lactentibus vesceretur infantibus. Θῆσθαι vero sonat *lac sugere;* ut apud Homerum:

Hector quidem mortalis est, mulierisque suxit (θήσατο) *mammam.*

Nempe eo quod *induntur mamillae* (ἐντίθενται αἱ θηλαὶ) in ora infantum. Indidem est etiam vocabulum ὁ τιτθὸς, *mamma,* ab eo quod mamillae ἐντίθενται.

Hinnulos postquam collocavit recens natos lactentes.

55. Circumferebantur etiam aliquando *Dorcades.* Tum Palamedes Eleates, vocabulorum collector, Non insua-

ἄχαρι κρέας τὸ τῶν δορκώνων. [1] πρὸς ὃν ὁ Μυρτίλος ἔφη· μόνως δορκάδες λέγονται, δόρκωνες δὲ οὔ. Ξενοφῶν Ἀναβάσεως πρώτῳ· „Ἐνῆσαν δὲ καὶ ὠτίδες καὶ δορκάδες.“

ΤΑΩ´Σ. Ὅτι σπάνιος οὗτος ὁ ὄρνις, δηλοῖ Ἀντιφάνης ἐν Στρατιώτῃ ἢ Τύχωνι, λέγων οὕτως· LVI. PAVO.

> Τῶν ταῶν μὲν ὡς ἅπαξ τις [2] ζεῦγος ἤγαγεν μόνον,
> σπάνιον ὂν τὸ χρῆμα· πλείους δ᾽ εἰσὶ [3] νῦν τῶν ὀρτύγων.

καὶ Εὔβουλος, ἐν Φοίνικι·

b Καὶ γὰρ ὁ ταὼς διὰ τὸ σπάνιον θαυμάζεται.

„Ὁ ταὼς, φησὶν Ἀριστοτέλης, σχιδανόπους ἐστὶν, καὶ ποιολόγος, [4] καὶ τίκτει τριετὴς γενόμενος, ἐν οἷς χρόνοις καὶ τὴν ποικιλίαν τῶν πτερῶν λαμβάνει. ἐπῳάζει δὲ ἡμέρας πρὸς τριάκοντα. τίκτει δὲ ἅπαξ

1 δορκάδων edd. 2 ἀπάξης h. l. vulgo, & deeſt τις. 3 πλείους εἰσὶ corr. Grot. 4 Inſerunt hîc mssti iſta, τίκτει δὲ ἅπαξ τοῦ ἔτους ᾠὰ δωδ. quae paulo inferius leguntur.

vis eſt, ait, dorconum caro. Cui Myrtilus: Solummodo *dorcades*, inquit, vocantur: non *dorcones*. Xenophon, Anabaſeos libro primo: »Erant ibi vero etiam otides & dorcades.«

56. Pavo. Raritatem huius avis indicat Antiphanes in Milite vel Tychone, ubi ait:

> *Ex quo par pavonum in urbem neſcio quis primum attulit,*
> *rari qui fuerant, magis crebro cernas coturnicibus.*

Et Eubulus, in Phoenice:

> *Ob raritatem pavus eſt miraculo.*

»Pavo, ait Ariſtoteles, fiſſis pedibus eſt, & herbâ veſcens. Parit tertio anno ex quo natus eſt: quo tempore etiam varietatem accipit pennarum. Ovis incubat ad dies triginta. Parit autem ſemel in anno ova duode-

τοῦ ἔτους ὠὰ δώδεκα· ταῦτα δὲ οὐκ εἰσάπαξ, ἀλλὰ παρ' ἡμέρας δύο· αἱ δὲ πρωτοτόκοι ὀκτώ. τίκτει δὲ καὶ ὑπηνέμια ὠὰ, ὡς ἡ ἀλεκτορίς· οὐ πλείω δὲ τῶν δύο. ἐκλέπει δὲ καὶ ἐπωάζει, καθάπερ ἡ ἀλεκτορίς." Εὔπολις δ', ἐν Ἀστρατεύτοις, φησὶ περὶ αὐτοῦ οὕτως·

Μή ποτε θρέψω
παρὰ Φερσεφόνῃ τοιόνδε ταῶν
ὃς τοὺς εὕδοντας ἐγείρει; C

Ἀντιφῶντι δὲ τῷ ῥήτορι λόγος μὲν γέγραπται, ἔχων ἐπίγραμμα Περὶ Ταῶν· καὶ ἐν αὐτῷ τῷ λόγῳ οὐδεμία μνεία τοῦ ὀνόματος γίνεται, ὄρνεις δὲ ποικίλους πολλάκις ἐν αὐτῷ ὀνομάζει· φάσκων „τούτους τρέφειν Δῆμον τὸν Πυριλάμπους, [1] καὶ πολλοὺς παραγίνεσθαι κατὰ πόθον τῆς τῶν ὀρνίθων θέας, ἔκ τε Λακεδαίμονος καὶ Θετταλίας, καὶ σπουδὴν ποιεῖσθαι τῶν ὠῶν μεταλαβεῖν." περὶ δὲ τῆς ἰδέας αὐτῶν

1 Περιλάμπους edd.

cim; ſed ea non continuato enixu, verum quarto quoque die: primiparae vero foeminae nonniſi octo pariunt. Parit autem etiam irrita ova, quemadmodum gallina; nec vero plura duobus. Excludit vero, & incubat, prorſus ut gallina. Eupolis autem, in Aſtrateutis (*i. e.* Militiae-deſertoribus) de eâdem ave haec ait:

Ne forte alere cogar
apud Proſerpinam talem pavonem,
dormientes qui excitet.

Antiphontis oratoris exſtat oratio, titulum praeferens *De Pavonibus:* in ipſa vero oratione ne ulla quidem nominis fit mentio; ſed ſaepius *variegatas aves* eas nominat: »quas alere, ait, Demum, Pyrilampis filium: convenireque multos Lacedaemone & e Theſſalia ſtudio illas viſendi, cupereque ovorum participes fieri.« Et

d λέγων γράφει· „Εἴ τις ἐθέλοι καταβαλεῖν [1] εἰς πόλιν τοὺς ὄρνιθας, οἰχήσονται ἀναπτάμενοι. ἐὰν δὲ τῶν πτερύγων ἀποτέμῃ, τὸ κάλλος ἀφαιρήσεται. τὰ πτερὰ γὰρ αὐτῶν τὸ κάλλος ἐστὶν, ἀλλ' οὐ τὸ σῶμα.“ Ὅτι δὲ καὶ περισπούδαστος ἦν αὐτῶν ἡ θέα, ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ πάλιν φησίν· „Ἀλλὰ τὰς μὲν νουμηνίας ὁ βουλόμενος εἰσῄει· τὰς δὲ ἄλλας ἡμέρας εἴ τις ἔλθοι βουλόμενος θεάσασθαι, οὐκ ἔστιν ὅστις ἔτυχεν. καὶ ταῦτα οὐκ ἐχθὲς οὐδὲ πρώην, ἀλλ' ἔτη πλέον ἢ τριάκοντα ἐστίν.“

e „Ταῶς δὲ λέγουσιν Ἀθηναῖοι, ὥς φησι Τρύφων, τὴν τελευταίαν συλλαβὴν περισπῶντες καὶ δασύνοντες. καὶ ἀναγιγνώσκουσι μὲν οὕτως παρ' Εὐπόλιδι ἐν Ἀστρατεύτοις, (πρόκειται δὲ τὸ μαρτύριον·) καὶ ἐν Ὄρνισιν Ἀριστοφάνους· [2] LVII. Ταῶς, cum spiritu aspero, in media voce.

Τηρεὺς γὰρ εἶ σύ; πότερον [3] ὄρνις ἢ ταῶς.

1 An μεταβαλεῖν? 2 Ἀριστοφάνης edd. 3 εἰς ὑπόπτερον edd.

de earumdem formâ loquens, ait: »Si quis voluerit in urbem aves illas transferre, abibunt avolantes: sin partem pennarum resecuerit, periit formae pulcritudo. Nam in pennis inest earum pulcritudo, non in corpore.« Ingens autem fuisse hominum studium visendi illas aves, eâdem in oratione iterum declarat his verbis: »Noviluniis quidem, quicumque videre eas cupit, admittitur: aliis diebus si quis advenit visere cupiens, nemini licet. Et haec non heri, aut nuper ita esse coeperunt: sed iam anni sunt amplius triginta.«

57. »Dicunt vero ταῶς Athenienses (ut ait Tryphon) ultimam syllabam circumflectentes & aspirantes. Et sic quidem legunt apud Eupolidem in Militiae-desertoribus, cuius testimonium supra adpositum est. Item in Avibus Aristophanis:

Tereus igitur tu es? utrum avis, an pavo?

καὶ πάλιν·

— ὄρνις δῆτα. τίς ποτ' ἐστίν; [1] οὐ δή που ταὧς;

λέγουσι δὲ καὶ τὴν δοτικὴν ταὧνι, ὡς ἐν τῷ αὐτῷ Ἀριστοφάνης. Ἀμήχανον δὲ παρ' Ἀττικοῖς καὶ Ἴωσιν ἐν τοῖς ὑπὲρ μίαν συλλαβὴν ὀνόμασι τὴν τελευτῶσαν [2] ἀπὸ φωνήεντος ἀρχομένην δασύνεσθαι. πάν- f τως γὰρ εἶναι ψιλὴν αὐτὴν παρηκολούθηκεν· οἷον, νεὼς, λεὼς, [3] Τυνδαρεὼς, Μενελεὼς, λειπονεὼς, εὐνεὼς, Νειλεὼς, πρᾶος, υἱὸς, Κεῖος, [4] Χῖος, δίος, χρεῖος, πλεῖος, λεῖος, [5] λαιὸς, βαιὸς, φαιὸς, πηὸς, γόος, θεὸς, ῥόος, ζωός. φίλαρχος γὰρ οὖσα καὶ ἡγεμονικὴ τὴν φύσιν ἡ δασύτης, τοῖς τελευταίοις μέρεσι τῶν ὀνομάτων οὐδαμῶς ἐγκαθείργνυται. Ὠνόμασται [6] δὲ ταὧς, [7] ἀπὸ τῆς τάσεως τῶν πτερῶν." Σέλευκος δ' a ἐν τῷ πέμπτῳ Περὶ Ἑλληνισμοῦ· „Ταὧς· παραλό-

1 τί ποτ' ἐστίν edd. 2 συλλαβὴν inferunt edd. 3 Deeſt vox edd. 4 Κῖος edd. 5 Deeſt λεῖος ed. Baſ. & Caſ. 6 ὠνομάσθαι ed. Baſ. & Caſ. 7 ταὼς h. l. ms. *Ep.*

& rurſus:

Avis quidem. At quaenam illa eſt? Anne vero pavo?

Dicunt autem etiam dativum ταὧνι: ut Ariſtophanes in eâdem fabulâ. Fieri vero [alioqui] apud Atticos & Iones non poteſt, ut in nominibus, quae plures quam unam ſyllabam habent, ultima ſyllaba a vocali incipiens adſpiretur: ſed omnino hoc ei proprium eſt, ut leni pronuncietur ſpiritu. Sic: νεὼς, λεὼς, Τυνδαρεὼς, Μενελεὼς, λειπονεὼς, εὐνεὼς, Νειλεὼς, πρᾶος, υἱὸς, Κεῖος, Χῖος, δῖος, χρεῖος, πλεῖος, λεῖος, λαιὸς, βαιὸς, φαιὸς, πηὸς, γόος, θεὸς, ῥόος, ζωός. Suâ enim naturâ principium amat & principatum adſpiratio; & intra poſtremas vocabulorum partes neutiquam includitur. Nomen autem Graecum ταὧν invenit pavo, a τῇ τάσει (*id eſt*, ab expanſione) pennarum. « Sed & Seleucus, quinto libro de Hellenismo (*ſive*, de Graecae linguae proprietate:) ait:

γως δὲ οἱ Ἀττικοὶ καὶ δασύνουσι καὶ περισπῶσι. τοῖς δὲ [1] πρώτοις τῶν φωνηέντων κατὰ τὰς ἁπλᾶς τῶν ὀνομάτων ἐκφορὰς συνεκφέρεσθαι ἐθέλει, καὶ ἐνταυθοῖ προάττουσα, [2] καὶ τάχιον ἐκθέουσα, δι' ἐπιπολῆς [3] ἐστι τῶν λέξεων. τεκμαιρόμενοι οὖν Ἀθηναῖοι καὶ διὰ τῆς τάξεως τὴν ἐνοῦσαν τῇ προσῳδίᾳ φύσιν, οὐκ ἐπὶ τῶν φωνηέντων τιθέασι, ὥσπερ τὰς ἄλλας, πρὸ δὲ τούτων τάσσουσιν. οἶμαι δὲ καὶ διὰ τοῦ Η στοιχείου
b τυπώσασθαι τοὺς παλαιοὺς τὴν δασεῖαν. διόπερ καὶ Ῥωμαῖοι πρὸ πάντων τῶν δασυνομένων ὀνομάτων τὸ Η προγράφουσι, τὸ ἡγεμονικὸν αὐτῆς διασημαίνοντες. εἰ δὲ τοιαύτη ἡ δασύτης, μή ποτε ἀλόγως κατὰ τὴν τελευτῶσαν συλλαβὴν ὁ ταῶς [4] πρὸς τῶν Ἀττικῶν προσπνεῖται.“

1 In *Epit.* tota ῥῆσις sic concepta: Καὶ Σέλευκος δὲ φησὶ, παραλόγως τὸ ταῶς δασύνεσθαι καὶ περισπᾶσθαι παρ' Ἀττικοῖς. τοῖς γὰρ πρώτοις τῶν φων. &c. 2 πράττουσα edd. cum ms. *A.* Desideratur autem h. l. substantivum ἡ δασύτης aut tale aliquod. 3 δι' ἐπιστολῆς edd. 4 τοῦ ταῶς ms. *Ep.*

»Ταῶς: praeter rationem vero Attici & aspero spiritu notant & circumflectunt. Aspiratio vero cum primoribus vocalibus in simplici vocabulorum pronunciatione simul pronunciari amat; atque ibi praecedens, & celerius excurrens, summum primumque in vocabulis locum obtinet. Notantes igitur Athenienses etiam per ipsum situm naturam huic accentui propriam, non super vocalibus ponunt, quemadmodum alios accentus, sed ante vocales adponunt. Puto vero etiam per H literam formasse veteres asperum spiritum. Quare & Romani omnibus aspiratis nominibus literam H praeponunt, hanc eius esse naturam indicantes, ut principatum tenere amet. Quae si est aspirationis natura, videtur praeter rationem vocabulum ταῶς in ultimâ syllabâ aspirari ab Atticis.«

LVIII. TETRAX. Πολλῶν οὖν καὶ ἄλλων ἐν τῷ συμποσίῳ περὶ ἑκάστου τῶν εἰσκομιζομένων ῥηθέντων· Ἀλλὰ κἀγὼ, φησὶν ὁ Λαρήνσιος, κατὰ τὸν πάντα ἄριστον Οὐλπιανὸν, προτείνω τι καὶ αὐτὸς ὑμῖν. (ζητήσεις γὰρ σιτούμεθα.) τὸν ΤΕΤΡΑΚΑ τί νομίζετε; Καί τινος εἰπόντος, εἶδος ὀρνέου· (ἔθος δὲ καὶ γραμματικῶν παισὶ περὶ πάντων τῶν προβαλλομένων λέγειν, εἶδος φυτοῦ, εἶδος ὀρνέου, εἶδος λίθου·) ὁ Λαρήνσιος ἔφη· Καὶ αὐτὸς, ἀνδρῶν λῷστε, ὅτι χαρίεις Ἀριστοφάνης ἐν τοῖς Ὄρνισι μνημονεύει ἐν τούτοις, οἶδα· c

Πορφυρίωνι καὶ πελεκᾶντι
καὶ πελεκίνῳ [1] καὶ φλέξιδι
καὶ τέτρακι καὶ ταῶνι.

ζητῶ δ' ἐγὼ παρ' ὑμῶν μαθεῖν, εἰ καὶ παρ' ἄλλῳ τινὶ αὐτοῦ τις γίνεται μνήμη. Ἀλέξανδρος γὰρ ὁ Μύν-

1 πελεκίνῳ edd.

58. Postquam vero super aliis etiam inlatis cibis multa inter coenam disputata essent, Larensius ait: Ego vero, (quod facere amat Ulpianus vir longe optimus) nonnihil & ipse in medium vobis proponam: nam quaestionibus vescimur. TETRACEM vos quid esse putatis? Quumque respondisset nonnemo, esse avis speciem: (moris est enim Grammaticorum filiis, ut, qualecumque sit de quo quaeratur, dicant esse *plantae speciem*, *speciem avis*, *speciem lapidis*:) Larensius ait: Ne ego quidem, o virorum optime, sum nescius, in festivi Aristophanis Avibus illam commemorari, ubi ait:

Porphyrioni & pelecano,
& pelecino & phlexidi,
& tetraci & pavoni.

Sed a vobis discere cupio, an apud alium etiam quemdam fiat eiusdem mentio. Nam Alexander Myndius,

διος ἐν δευτέρῳ Περὶ Πτηνῶν Ζώων, οὐ τοῦ ὄρνιθος τοῦ μεγάλου μνημονεύει, ἀλλά τινος τῶν σμικροτάτων. Tetrax minor.
d λέγει γὰρ οὕτως· „Τέτραξ, τὸ μέγεθος ἴσος σπερμολόγῳ, τὸ χρῶμα κεραμεοῦς, ῥυπαραῖς στιγμαῖς καὶ μεγάλαις [1] γραμμαῖς ποικίλος, καρποφάγος. ὅταν ὠοτοκῇ δὲ, τετράζει τῇ φωνῇ.“ Καὶ Ἐπίχαρμος ἐν Ἥβας Γάμῳ·

— Λαμβάνοντι [2] γὰρ
ὄρτυγας, στρουθούς τε, καὶ κορυδάλλας [3] φιλοκονείμονας, [4]
τέτραγας, σπερματολόγους τε, κἀγλαὰς [5] συκαλλίδας. [6]

καὶ ἐν ἄλλοις δὲ φησίν·

Ἦν δ' ἐρωδιοί τε πολλοὶ μακροκαμπυλαύχενες, [7]
τέτραγές τε, καὶ σπερματολόγοι. —

Ἐπεὶ δὲ ὑμεῖς οὐδὲν ἔχετε, (σιωπᾶτε γὰρ,) ἐγὼ καὶ Tetrax maior.

1 *μελαίναις* malim. 2 *λαμβάνοντα* edd. 3 *κορυδάλας* edd. Forſ. *κορυδάλλια* (vel *κορυδάλια*) *φιλοκονείμονα*. 4 *φοινικονείμονας* edd. *φοινικοείμονας* corr. Caſaub. 5 *καὶ ἀγλαὰς* vulgo. 6 *συκαλίδας* edd. 7 *μακρὸν καμπυλαύχενες* edd.

ſecundo libro De volucribus Animantibus, non maioris illius meminit, ſed alicuius e minimarum numero avium. Sic enim ſcribit: » *Tetrax*, magnitudine aequalis eſt ſpermologo, colore teſtaceo, ſordidis punctis & magnis [*ſive*, nigris] lineis notatus, frugivorus. Cum ova parit, vocem edit a qua ipſa nomen *tetracis* invenit. « Et Epicharmus, in Hebes Nuptiis, ait:

— Capiunt enim
coturnices, paſſeres, & alaudas pulvere-veſtiri-amantes;
tetragas, ſpermatologosque, & nitentes ficedulas.

Et alibi:

Erant & ardeae multae longis-collis-curvatisque
tetragesque & ſpermatologi. —

Quoniam vos vero, quid dicatis, non habetis; (ſiletis

τὸ ὄρνεον ὑμῖν ἐπιδείξω. ἐπιτροπεύων γὰρ ἐν Μυσίᾳ e τοῦ κυρίου αὐτοκράτορος, καὶ προϊστάμενος τῶν τῆς ἐπαρχίας ἐκείνης πραγμάτων, τεθέαμαι ἐπὶ τῇ χώρᾳ ἐκείνῃ τοὔρνεον. καὶ μαθὼν οὕτω καλούμενον παρὰ τοῖς Μυσοῖς καὶ Παίοσιν, ὑπεμνήσθην ἐκ τῶν ὑπ' Ἀριστοφάνους εἰρημένων τὴν ὄρνιθα. νομίζων δὲ καὶ παρὰ τῷ πολυμαθεστάτῳ Ἀριστοτέλει μνήμης ἠξιῶσθαι τὸ ζῶον ἐν τῇ πολυταλάντῳ πραγματείᾳ· (ὀκτακόσια γὰρ εἰληφέναι τάλαντα παρ' Ἀλεξάνδρου τὸν Σταγειρίτην λόγος ἔχει, εἰς τὴν περὶ τῶν ζώων Ἱστορίαν) ὡς οὐδὲν εὗρον περὶ αὐτοῦ λεγόμενον, ἔχαιρον ἔχων ἐχεγγυώτατον μάρτυρα τὸν χαρίεντα Ἀριστοφάνη. f Ἅμα δὲ ταῦτα λέγοντος αὐτοῦ, εἰσῆλθέ τις φέρων ἐν τῷ ταλάρῳ τὸν τέτρακα. ἦν δὲ τὸ μὲν μέγεθος ὑπὲρ ἀλεκτρυόνα τὸν μέγιστον, τὸ δὲ εἶδος πορφυρίωνι παραπλήσιος· καὶ ἀπὸ τῶν ὤτων ἑκατέρωθεν εἶχε κρεμά-

Aristotelis opus multorum talentorum.

enim:) ego ipsam etiam avem vobis ostendam. Nam quum procurator essem domini Caesaris in Mysia, rebusque illius provinciae praeessem, vidi in ea regione avem quam dixi: quumque isto nomine adpellari a Mysis & Paeonibus cognovissem, recordatus sum illius ex his quae ab Aristophane dicta sunt. Ratus vero etiam doctissimum Aristotelem dignatum esse mentionem eius facere in illo *multorum talentorum opere*: (nam octingenta talenta ab Alexandro accepisse aiunt Stagiritam condendae *Animalium Historiae* caussa:) cum nihil de ea commemoratum invenirem, gavisus sum locupletissimum me testem habere festivum Aristophanem. Adhuc loquebatur haec Larensius, cum intravit aliquis tetracem caveâ inclusum ferens. Erat autem avis maior maximo gallo gallinaceo, specie non dissimilis porphyrioni: ab auribus vero utrimque pendulas habebat paleas, paleae

μενα, ὥσπερ οἱ ἀλεκτρυόνες, τὰ κάλλαια· βαρεῖα
a δ' ἦν ἡ φωνή. θαυμασάντων οὖν ἡμῶν τὸ εὐανθὲς τοῦ ὄρνιθος, μετ' οὐ πολὺ καὶ ἐσκευασμένος παρηνέχθη· καὶ τὰ κρέα αὐτοῦ ἦν παραπλήσια τοῖς [1] τῆς μεγάλης στρουθοῦ, ἣν καὶ αὐτὴν πολλάκις κατεδαισάμεθα.

ΨΥ'ΑΙ. Ὁ τὴν τῶν Ἀτρειδῶν [2] Κάθοδον πεποιηκώς, ἐν τῷ τρίτῳ, φησίν· LIX. LUMBULI.

Ἶσον δ' [3] Ἑρμιονεὺς ποσὶ καρπαλίμοισι μεταcπών,
ψύας [4] ἔγχεϊ νύξε.

Σιμάριστος δ' ἐν τρίτῳ Συνωνύμων οὕτως γράφει·
b „Ὀσφύος αἱ ἐκ πλαγίων σάρκες ἐπανεστηκυῖαι, ψύαι. τὰ δὲ ἑκατέρωθεν κοιλώματα, λέγουσι κύβους, γαλλίας.“ Κλέαρχος δ' ἐν δευτέρῳ Περὶ Σκελετῶν οὕτως φησί· „Σάρκες μυῶται καθ' ἑκάτερον

1 Deest τοῖς edd. 2 τῶν Ἡρακλειδῶν corr. Casaub. 3 φησί· Νῖσον corrigit idem. 4 Forf. ψοίας, aut ψυίας.

galli similes: vox autem ei gravis erat. Pulcritudinem avis cum essemus admirati, non multo post etiam parata mensae inferebatur: & caro eius in cibo similis erat carni struthiocameli, qua & ipsa ave subinde vesci nobis contigit.

59. Ψύαι. LUMBI: LUMBULI. Auctor Reditûs Atridarum [*sive*, Heraclidarum] in patriam, libro tertio ait:

Ex aequo [sive, *Nisum*] *Hermioneus celeribus pedibus assecutus*,
lumbos hastâ perfodit.

Simaristus vero, tertio Synonymorum, ita scribit: » Carnes, quae e lumbis ab utroque latere eminent, *lumbuli* dicuntur: cavitates vero quae sunt utrimque, *cybos* & *gallias* vocant. « Clearchus vero, secundo libro DE SCELETIS [*id est*, DE OSSIUM IN CORPORE HUMANO COMPAGE] ait: » Carnes musculosae ab utraque parte; quas non-

μέρος, ἃς οἱ μὲν ψύας, οἱ δὲ ἀλώπεκας, οἱ δὲ νευρομήτρας [1] καλοῦσι." Μνημονεύει δὲ τῶν ψυῶν καὶ Ἱπποκράτης ὁ ἱερώτατος. Ὠνομάσθησαν δ' οὕτως διὰ τὸ ῥαδίως ἀποψᾶσθαι, ἢ [2] οἷόν τις οὖσα ἐπιψαύουσα σὰρξ καὶ ἐπιπολῆς τοῖς ὀστέοις ὑπάρχουσα. μνημονεύει αὐτῶν [3] καὶ Εὔφρων ὁ κωμικὸς ἐν Θεωροῖς·

Λοβός τις ἐστὶ, καὶ ψύαι καλούμεναι· C
ταύτας ἐπιτεμὼν [4] πρὶν θεωρῆσαι μαθών.

LX. ΟΥΘΑΡ. Τηλεκλείδης, Στεῤῥοῖς·

UBER. Ὡς οὖσα θῆλυς, εἰκότως οὖθαρ φορῶ. [5]

Ἡρόδοτος δ' ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν Ἱστοριῶν [ἐπὶ ἵππων] φησίν. [6] σπανίως δέ ἐστιν εὑρεῖν τὸ οὖθαρ ἐπὶ τῶν ἄλλων ζώων λεγόμενον· ὑπογάστριον δὲ μόνον, ὡς ἐπὶ τῶν ἰχθύων, λέγεται. Στράττις, Ἀταλάντῃ·

1 νεφρομήτρας aut νεφρομήτορας corr. Casaub. quasi *renum matrices*. 2 Deest ἢ editis. 3 αὐτῆς ed. Bas. & Cas. 4 ἐπιτεμῶν edd. ἐπιτεμεῖν coni. Dalec. 5 Alibi est φέρω. 6 Desunt vulgo verba ἐπὶ ἵππων. Tum post φησίν est nota defectus * in ed. Bas. In edit. Cas. vero adiiciuntur verba Herodoti haec:

nulli *lumbos*, (ψύας,) alii *vulpes*, (ἀλώπεκας,) alii *nervorum matres* (νευρομήτρας) adpellant. « Meminit lumborum (τῶν ψυῶν) etiam sanctissimus Hippocrates. Nomen autem invenerunt ex eo quod *facile* ἀποψῶνται, id est, *abradantur*: aut quod sit quaedam caro leviter attingens (ἐπιψαύουσα) ossa, & superne eis praetexta. Meminit eorumdem & Euphron comicus, in Theoris:

Lobus est aliquis, & quae ψύαι *vocantur:*
has praecidere, priusquam spectes, disce.

60. UBER. (Οὖθαρ.) Teleclides, in Rigidis:

Foemina cum sim, par est ut uber feram.

Herodotus, quarto libro Historiarum [de equis] usurpat id nomen. Raro vero de aliis animantibus dictum οὖθαρ reperire licet: sed solummodo ὑπογάστριον (*abdomen*) dicitur, ut in piscibus. Strattis, in Atalanta:

d Ὑπογάστριον θύννου τε [1] καὶ ἀκροκώλιον.
Θεόπομπος, Καλλαίσχρῳ·
A. Ἰχθύων δὲ δὴ
ὑπογάστρι'. B. Ὦ Δάματερ. [2] —
ἐν δὲ Σειρῆσιν, ὑπήτρια καλεῖ τὰ ὑπογάστρια, λέγων οὕτως·
Θύννων τε λευκῶν Σικελικῶν ὑπήτρια.

ΛΑΓΩ'Σ. Περὶ τούτου ὁ μὲν ὀψοδαίδαλος Ἀρχέστρατος οὕτως φησί· LXI. Lepus in cibo.

Τοῦ δὲ λαγὼ πολλοί τε τρόποι, πολλαί τε θέσεις [μὲν] [3]
σκευασίας εἰσί· κεῖνος δ' οὖν ἐστιν ἄριστος,
ἂν πεινῶσι μεταξὺ φέρῃς κρέας ὀπτὸν ἑκάστῳ,
e θερμὸν, ἁπλῶς ἀλίπαστον, ἀφαρπάζων ὀβελίσκου,
μικρὸν ἐνωμότερον. μὴ λυπείτω δέ σ' ὁρῶντα
ἰχῶρα στάζοντα κρεῶν, ἀλλ' ἔσθιε [4] λάβρως.

τὰς φλέβας τε πίμπλασθαι φυσσεωμένης τῆς ἵππου, καὶ τὸ οὖθαρ κατίεσθαι. 1 Vulgo h. l. Ὑπογάστριον δὲ θύννου τι καὶ &c. 2 ὑπογαστρίῳ διάμαρτεν edd. ὑπογαστριω διαματερ Ms. 3 μὲν deest vulgo. πάμπολλά τε εἴδη corr. Casaub. 4 ἔσθε mssti. Debuerant fors. ἔσθε γε.

Abdomen thynni, simulque trunculi.
Theopompus, Callaeschro:
A. *Et piscium nempe abdomina.* B. *O alma Mater!*
In Sirenibus vero abdomina idem poëta ὑπήτρια dicit:
Thynnorumque Siculorum candidorum ὑπήτρια.

61. Lepus. De hoc, obsoniorum artifex Archestratus in hunc modum praecipit:
Leporis adparandi multae sunt quidem rationes,
multaque praecepta: sed optimum ex his illud est,
ut esurientibus adponas assam carnem singulis,
calidam, prorsus nil unctam, raptam e veru,
nonnihil etiamnum crudiusculam. Nec doleas videns
sanguinem e carne stillantem; immo avide devora.

Αἱ δ' ἄλλαι περίεργοι ἐμοί γ' εἰσὶν διὰ παντὸς
σκευασίαι, γλοιῶν [1] καταχύσματα, καὶ κατάτυρα,
καὶ κατέλαια λίαν, ὥσπερ γαλῇ ὀψοποιούντων. [2]

Ναυκράτης [3] δ' ὁ κωμῳδιοποιὸς, ἐν Περσίδι, σπανίως, φησὶν, ἐστὶν εὑρεῖν δασύποδα περὶ τὴν Ἀττικήν. f
λέγει δ' ὧδε·

Ἐν τῇ γὰρ Ἀττικῇ τίς εἶδε πώποτε
λέοντας, ἢ τοιοῦτον [4] ἕτερον θηρίον;
οὗ δασύποδ' εὑρεῖν ἐστιν οὐχὶ ῥάδιον.

Ἀλκαῖος δ', ἐν Καλλιστοῖ, καὶ ὡς πολλῶν ὄντων ἐμφανίζει, διὰ τούτων·

Κοριαννὸν εἶναι λεπτὸν, [5] ἵνα τοὺς δασύποδας,
οὓς ἂν [6] λάβωμεν, ἁλσὶ διαπάττειν ἔχῃς.

LXII. Grammaticalia, λαγὸς, λαγὼς, λαγωός.

Τρύφων δέ φησί· „Τὸν λαγὼν ἐπ' αἰτιατικῆς ἐν a
Δαναΐσιν Ἀριστοφάνης ὀξυτόνως καὶ μετὰ τοῦ ν λέγει·

1 γλυῶν edd. 2 γαλῇ ὀψοποιοῦντες edd. 3 Ναυσικράτης forſ.
4 ἤ τι τοιοῦτον ms. *Ep.* 5 εἶναί τι λεπτὸν vulgo. 6 οὓς ἐὰν vulgo.

Reliquos omnes curioſos reputo omnino
adparatus, ſi ſordibus perfundas, multoque caſeo
oleove nimis inungas, quaſi feli epulas parans.

Naucrates vero (*ſive*, Nauſicrates) comicus, in Perſide, ait, rarum eſſe in Attica leporem invenire. Verba poëtae haec ſunt:

In Attica quis vidit umquam
leones, aut talem aliquam beſtiam?
ubi ne leporem quidem facile invenias.

Sed Alcaeus, in Calliſto, frequentes etiam ibi eſſe ſignificat, cum ait:

Coriandrum adeſſe tuſum oportet, quo lepores,
ſi quos ceperimus, cum ſale conſpergere queas.

62. Tryphon vero ſcribit: »In accuſativo caſu τὸν λαγὼν dixit Ariſtophanes in Danaidibus, ultimâ acutâ, & ν literâ in fine adiectâ:

Λύσας [1] ἴσως ἂν τὸν λαγὼν ξυναρπάσειεν ἡμῶν.

καὶ ἐν Δαιταλεῦσιν·

Ἀπόλωλα· τίλλων τὸν λαγὼν ὀφθήσομαι.

Ξενοφῶν δ' ἐν Κυνηγετικῷ χωρὶς τοῦ ν, λαγῶ, καὶ περισπωμένως. Ἐπεὶ τὸ καθ' ἡμᾶς ἐστι λαγός. ὥσπερ δὲ ναὸν λεγόντων ἡμῶν, ἐκεῖνοί φασι νεὼν, καὶ λαὸν λεὼν· οὕτω λαγὸν ὀνομαζόντων, ἐκεῖνοι λαγὼν ἐροῦσι. τῇ δὲ τὸν λαγὸν ἑνικῇ αἰτιατικῇ, ἀκόλου-
b θός ἐστιν ἡ παρὰ Σοφοκλεῖ, ἐν Ἀμύκῳ [2] Σατυρικῷ, πληθυντικὴ ὀνομαστική·

Γέρανοι, κορῶναι, [3] γλαῦκες, ἴκτινοι, λαγοί.

τῇ δὲ λαγὼν ἡ διὰ τοῦ ω παραπλησίως προσαγορευομένη λαγῴ [4] παρ' Εὐπόλιδι ἐν Κόλαξιν·

1 An λήσας? 2 Temere Ἀμύκλῳ ed. Casaub. 2. & 3. 3 χελῶναι h. l. ed. Ven. & ms. *A*. 4 Vulgo λαγὼ absque iota subscripto, & sic mox iterum.

Solvens [sive, *Clam*] *fortasse leporem* (τὸν λαγὼν) *nostrum corripuerit.*

Item in Convivis:

Perii: vellicans leporem (τὸν λαγὼν) *conspiciar.*

Xenophon vero, in Cynegetico, λαγῶ, absque ν litera, ultimâ vero syllabâ circumflexâ. Nam apud nos usitata nominis forma est λαγός. Quemadmodum vero pro eo quod nos ναὸν dicimus, illi νεὼν aiunt, & pro λαὸν, λεών: sic, quem nos λαγὸν nominamus, illi λαγὼν vocant. Accusativo vero singulari τὸν λαγὸν consentaneus est apud Sophoclem in Amyco Satyrico nominativus pluralis:

Grues, cornices, noctuae, milvi, lepores (λαγοί.)

Sed accusativo singulari τὸν λαγὼν respondet per ω longum similiter formatus nominativus pluralis λαγῴ apud Eupolidem, in Adsentatoribus:

ἵνα πάρα [1] μὲν βατίδες καὶ λαγῷ καὶ γυναῖκες εἰλίποδες.

Εἰσὶ δ' οἱ καὶ ταῦτ' ἀλόγως κατὰ τὴν τελευτῶσαν συλλαβὴν περισπωμένως προφέρονται. δεῖ δὲ ὀξυτονεῖν τὴν λέξιν· ἐπειδὴ τὰ εἰς ος λήγοντα τῶν ὀνομάτων, ὁμότονά ἐστι κἂν μεταληφθῇ εἰς τὸ ω παρ' Ἀττικοῖς· c ναὸς, νεώς· κάλος, κάλως. οὕτως [2] δ' ἐχρήσατο τῷ ὀνόματι καὶ Ἐπίχαρμος, καὶ Ἡρόδοτος, καὶ ὁ τοὺς Εἵλωτας ποιήσας. εἶτά ἐστι τὸ μὲν Ἰακὸν, λαγός·

Λαγὸν ταράξας, πῖθι, [3] τὸν θαλάσσιον.

τὸ δὲ λαγὼς, Ἀττικόν. λέγουσι δὲ καὶ Ἀττικοὶ λαγὸς, ὡς Σοφοκλῆς· „γέρανοι, κορῶναι, γλαῦκες, [4] λαγοί.“ Τὸ μέντοι, ἢ π τ ῶ κ α λ α γ ω ό ν, εἰ μὲν ἐστὶν Ἰωνικὸν, πλεονάζει τὸ ω· εἰ δ' Ἀττικὸν, τὸ ο. Λαγῷα [5] δὲ λέγεται κρέα.“ d

1 ἵνα μὴ παρὰ μὲν edd. 2 Turbata videtur orationis confecutio. 3 πεῖθει vulgo h. l. 4 ἰκτῖνοι hic iterum inferunt edd. 5 Rectius λαγῷα.

Ubi adſunt raiae, & lepores, (λαγῷ) mulieresque flexipedes.

Sunt vero qui & haec praeter rationem circumflexâ ultimâ ſyllabâ efferunt. At acuere hanc dictionem oportet: quoniam, quaecumque nomina in ος deſinunt, licet apud Atticos ο in ω mutetur, tamen eumdem ſervant accentum: ut ναὸς, κάλος; Attice νεὼς, κάλως. Sic vero uſus eſt eo nomine & Epicharmus & Herodotus, & qui *Eilotas* compoſuit. Proinde Ionica forma eſt ὁ λαγός:

Leporem (λαγὸν) cum turbaveris marinum, bibe.

Sed λαγὼς, Atticum eſt: quamquam & Attici ὁ λαγὸς dixerunt, ut Sophocles: *Grues, cornices, noctuae, lepores.* (λαγοί.) Illud vero (Homericum,) ἢ πτῶκα λαγωόν, ſi quidem Ionicum eſt, abundat vocalis ω; ſin Atticum, abundat ο. Leporinae vero carnes, λαγῷα κρέα dicuntur. «

Ἡγήσανδρος δ᾽ ὁ Δελφὸς ἐν Ὑπομνήμασι, κατὰ τὴν Ἀντιγόνου τοῦ Γονατᾶ, φησὶ, βασιλείαν τοσοῦτον πλῆθος γενέσθαι λαγῶν ἐν Ἀστυπαλαίᾳ, ὡς τοὺς Ἀστυπαλαιεῖς περὶ αὐτῶν μαντεύσασθαι. καὶ τὴν Πυθίαν εἰπεῖν, κύνας τρέφειν, καὶ κυνηγετεῖν· ἁλῶναί τε ἐν ἐνιαυτῷ πλείους τῶν ἑξακισχιλίων. ἐγένετο δὲ τὸ πλῆθος τοῦτο, [1] Ἀναφαίου τινὸς ἐμβαλόντος [2] δύο λαγωοὺς εἰς τὴν νῆσον· ὡς καὶ πρότερον, Ἀστυπαλαίεως τινὸς ἀφέντος δύο πέρδικας εἰς τὴν e Ἀνάφην, τοσοῦτον πλῆθος ἐγένετο περδίκων ἐν τῇ Ἀνάφῃ, ὡς κινδυνεῦσαι ἀναστάτους γενέσθαι [3] τοὺς κατοικοῦντας. κατ᾽ ἀρχὰς δὲ ἡ μὲν Ἀστυπάλαια οὐκ εἶχεν λαγὼς, ἀλλὰ πέρδικας. Πολύγονον δέ ἐστι τὸ ζῶον ὁ λαγὼς, ὡς Ξενοφῶν εἴρηκεν ἐν τῷ Κυνηγετικῷ. καὶ Ἡρόδοτος δ᾽ οὕτως φησί· „Τοῦτο μὲν ὅτι ὁ λαγὼς ὑπὸ πάντων θηρεύεται, καὶ θηρίου καὶ ὄρνιθος

LXIII. Leporis foecunditas.

1 τοῦτο τὸ πλῆθος edd. 2 ἐμβάλλοντος edd. 3 γίνεσθαι edd.

63. Narrat Hegesander Delphus in Commentariis, regnante Antigono Gonata, tantam leporum multitudinem fuisse in Astypalaea insula, ut super eis oraculum consulerent Astypalaeenses. Quibus quum respondisset Pythia, *canes alerent, & venarentur*, captos esse uno anno ultra sex millia. Exstiterat autem illa multitudo ex quo Anaphaeus quidam duos lepores in eam insulam coniecisset: quemadmodum ante id tempus, cum Astypalaeensis quidam duas perdices in Anaphen dimisisset, tanta perdicum multitudo in illa insula prognata est, ut propemodum e patria emigrare cogerentur insulani. Ante id tempus perdices quidem habuerat Astypalaea, sed nullos lepores. Esse autem foecundum admodum animal leporem, Xenophon etiam docuit in Cynegetico. Et de eodem argumento Herodotus ita scribit: » Quoniam lepori insidiantur omnes, & ferae & aves, & ho-

καὶ ἀνθρώπου, οὕτω δή τι πολύγονόν ἐστιν· ἐπικυΐσκει τε [1] μόνον πάντων θηρίων· καὶ τὸ μὲν δασὺ τῶν τέκνων ἐν τῇ γαστρὶ, τὸ δὲ ψιλὸν, τὸ δὲ ἄρτι ἐν τῇσι μήτρῃσι [2] πλάσσεται, τὸ δ' ἐπαναιρέεται.“ [3] Πολύβιος f δ', ἐν τῷ ιβ'. τῶν Ἱστοριῶν, γίγνεσθαι, φησὶ, παρόμοιον τῷ λαγῷ ζῶον, τὸν κούνικλον καλούμενον, γράφων οὕτως· „Ὁ δὲ κούνικλος καλούμενος, πόῤῥωθεν μὲν ὁρώμενος, εἶναι δοκεῖ λαγὼς μικρός· ὅταν δ' εἰς τὰς χεῖρας λάβῃ τις, μεγάλην ἔχει διαφορὰν, καὶ κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν, καὶ κατὰ τὴν βρῶσιν. γίνεται δὲ τὸ πλεῖον κατὰ γῆς.“ Μνημονεύει δὲ αὐτῶν καὶ Ποσειδώνιος ὁ φιλόσοφος ἐν τῇ Ἱστορίᾳ. καὶ ἡμεῖς a εἴδομεν πολλοὺς [4] κατὰ τὸν ἀπὸ Δικαιαρχείας πλοῦν ἐπὶ Νέαν πόλιν. νῆσος γάρ ἐστιν οὐ μακρὰν τῆς γῆς κατὰ τὰ τελευταία μέρη τῆς Δικαιαρχείας, ὑπ' ὀλί-

CUNICULUS.

1 Rectius fuerit ἐπικυΐσκεταί τε. 2 ταῖς μήτραισι edd. 3 ἐπ' ἀναίρεται vulgo. 4 αὐτῶν inferunt edd.

mines; eapropter nimirum foecundum admodum hoc animal est, ac solum ex omnibus animantibus superfoetatur: nam simul alium foetum pilis iam vestitum utero gestat, alium nudum, alius tantum quod formatur in utero, alium insuper concipit.« Polybius vero, duodecimo libro Historiarum, esse ait simile lepori animal, quod *cuniculum* vocant. De quo ita scribit: »Cuniculus qui vocatur, procul intuentibus parvus lepus esse videtur: ubi vero in manum acceperis, multum sane discrepat, cum specie, tum in cibo. Vivit autem plerumque sub terra.« Meminit horum etiam Posidonius philosophus in Historia. Et nos quoque magnum eorum vidimus numerum, cum Puteolis navigaremus Neapolin: nam contra extremam Puteolorum partem est insula non longe a continente, a paucis habitata ho-

γων μὲν κατοικουμένη, πολλοὺς δὲ ἔχουσα τοὺς κουνίκλους τούτους. Καλοῦνται δέ τινες καὶ Χελιδόνιαι λαγωοί. μνημονεύει δὲ αὐτῶν Δίφιλος ἢ Καλλιάδης ἐν Ἀγνοίᾳ, οὕτως· „Τί τοῦτο; ποδαπὸς οὗτος χελιδόνιος ὁ δασύπους; γλαυκία [1] δ' ἡ μίμαρκυς;“ Θεόπομπος δ', ἐν τῇ εἰκοστῇ τῶν Ἱστοριῶν, περὶ τὴν
b Βισαλτίαν, φησὶ, λαγωοὺς γίνεσθαι, δύο ἥπατα ἔχοντας.

Chelidonias lepus.

LXIV.

Aper. Σῦς vel ὗς ἄγριος.

ΣΥΟΣ δὲ ἈΓΡΙΟΥ ἐπεισενεχθέντος, ὃς κατ' οὐδὲν ἦν ἐλάττων τοῦ καλοῦ γραφομένου Καλυδωνίου· προβάλλω, τίς ἔφη, σοὶ [2] ζητεῖν, φροντιστὰ καὶ λογιστὰ Οὐλπιανὲ, τίς ἱστόρηκε τὸν Καλυδώνιον σῦν θήλειάν τε γεγονέναι καὶ λευκὸν τὴν χρόαν. Ὁ δὲ [οὐ] [3] σφόδρα φροντίσας, καὶ τὸ προβληθὲν ἀποδιοπομπησάμενος, Ἀλλ' ὑμῖν γε, [4] ἔφη, ἄνδρες γάστρωνες,

1 An γλαυκιᾷ. 2 σὺ Ms. Deeſt edd. 3 Vulgo ὁ δὲ σφόδρα, absque negatione. 4 An ὑμεῖς γε? An Ἀλλ' ὑμῖν ἐγὼ, ſcil. προβάλλω? & deinde, οἳ εἰ μὴ κορ. ἔχετε?

minibus, magnum vero numerum habens horum cuniculorum. Sunt vero & lepores qui *chelidoniae* (quaſi *hirundinarii*) vocantur; quorum meminit Diphilus ſive Calliades in fabulâ Ignorantiâ, ubi ait:

Quid hoc? cuiâs eſt chelidonius hic lepus?
& glauca mimarcys? (*condimentum ex inteſtinis ſanguineque leporis paratum.*)

Theopompus vero vigeſimo Hiſtoriarum libro ſcribit, circa Biſaltiam lepores gigni, bina habentes iecinora.

64. Poſt haec quum inlatus eſſet APER nihil cedens pulcro illi, qui pingi ſolet, Calydonio: Tibi, inquit nonnemo, curioſe inquiſitor ratiocinatorque Ulpiane, propono ut quaeras, quis docuerit Calydonium aprum foeminam fuiſſe & colore album. Ille vero nihil admodum curans, & a ſe amandans quaeſtionem: Immo vobis ego propono, viri gulae deditı; qui niſi nunc ſa-

εἰ μὴ κόρον ἤδη ἔχετε τοσούτων [1] ἐμπλησθέντες, [2] ὑπερβάλλειν μοι δοκεῖτε πάντας τοὺς ἐπὶ πολυφαγίᾳ c διαβοήτους γενομένους· καὶ τίνες εἰσὶν οὗτοι, ζητεῖτε. προφέρεσθαι δίκαιόν [3] ἐστιν ὑμᾶς σὺν [4] τῷ σ σῦς ἐτυμώτερον· [5] παρὰ τὸ σεύεσθαι γὰρ καὶ ὁρμητικῶς ἔχειν τὸ ζῶον εἴρηται. τέτριπται δὲ καὶ τὸ λέγειν χωρὶς τοῦ κατ' ἀρχὰς σ, ὗς. οἱ δὲ, σῦν εἰρῆσθαι [6] οἱονεὶ θῦν, τὸν εἰς θυσίαν εὐθετοῦντα. Νῦν δὲ, εἰ δοκεῖ, ἀποκρίνεσθέ μοι, τίς μνημονεύει κατὰ τὸ σύνθετον, ὁμοίως ἡμῖν, σ υ ά γ ρ ο υ, ἐπὶ τοῦ συὸς τοῦ ἀγρίου; Σοφοκλῆς μὲν γὰρ, ἐν Ἀχιλλέως Ἐρασταῖς, ἐπὶ κυνὸς ἔταξε τοὔνομα ἀπὸ τοῦ σῦς ἀγρεύειν, λέγων· d

Σὺ δ', ὦ σύαγρε, Πηλιωτικὸν [7] τρέφος. [8]

Σύαγρος, proprium nomen.

Παρ' Ἡροδότῳ δὲ ὄνομα κύριον Σύαγρος, Λάκων γε-

1 τοσοῦτον edd. 2 ἐμπλασθέντες edd. 3 Legebam προσφ. δὲ δίκαιον. 4 σῦν vulgo. 5 ἐτειμότερον edd. 6 οἱ δὲ συνηρῆσθαι edd. 7 παλιωτικὸν edd. 8 *βρέφος Epit.*

tiati estis, postquam tot cibis implevistis ventrem, superare mihi videmini illos prae caeteris voracitate famosos; qui quinam sint, vos iubeo quaerere. Aequum est vero, & veriloquio convenientius, ut praepositâ σ literâ σῦς efferatis vocabulum: nam a τῷ σεύεσθαι, id est, a *fero impetu quo irruit*, nomen invenit hoc animal. At usus tamen obtinuit, ut absque σ initio vocis, ὗν dicere consueverimus. Sunt vero etiam, qui σῦν dictum putent veluti θῦν, ut qui sit ad immolandum (εἰς θυσίαν) maxime idoneus. Nunc vero, si videtur, respondete mihi: E vetustioribus quis composito vocabulo, quemadmodum nos solemus, σύαγρον dixit aprum, quem alii σῦν ἄγριον? Nam Sophocles quidem, in Achillis Amatoribus, in cane posuit id nomen a *venando apro*, dicens:

Tu vero, o syagre, (id est, *aprorum venator*) *Peliotice alumne.*

Apud Herodotum vero proprium nomen *Syagrus* est,

νος, ὁ πρὸς Γέλωνα τὸν Συρακούσιον πρεσβεύσας περὶ τῆς πρὸς τοὺς Μήδους συμμαχίας, ἐν τῇ ἑβδόμῃ. καὶ Αἰτωλῶν δὲ οἶδα στρατηγὸν Σύαγρον, οὗ μνημονεύει Φύλαρχος ἐν τετάρτῃ Ἱστοριῶν. Καὶ ὁ Δημόκριτος ἔφη· Ἀεί ποτε σὺ, ὦ Οὐλπιανὲ, οὐδενὸς μεταλαμβάνειν εἴωθας τῶν παρασκευαζομένων πρὶν μαθεῖν εἰ ἡ χρῆσις μὴ [1] εἴη τῶν ὀνομάτων παλαιά. κινδυνεύεις οὖν ποτε διὰ ταύτας τὰς φροντίδας, ὥσπερ ὁ
e
Κῷος Φιλητᾶς ζητῶν τὸν καλούμενον ψευδολόγον τῶν λόγων, [2] ὁμοίως ἐκείνῳ διαλυθῆναι. ἰσχνὸς γὰρ πάνυ τὸ σῶμα διὰ τὰς ζητήσεις γενόμενος, ἀπέθανεν· ὡς τὸ πρὸ τοῦ μνημείου αὐτοῦ ἐπίγραμμα δηλοῖ·

Mentiens quae vocatur ratio.

Ξεῖνε, Φιλητᾶς εἰμί. λόγων ὁ ψευδόμενός με
ὤλεσε, καὶ νυκτῶν φροντίδες ἑσπέριοι.

1 Legebam, εἰ ἡ χρῆσις, ἢ μὴ, εἴη &c. Sed nil mutant libri.
2 ψευδόμενόν λόγον Suid.

genere Spartanus, qui ad Gelonem Syracusium missus est legatus de societate adversus Medos; septimo libro. Meminique etiam Aetolorum praetorem Syagrum, cuius mentionem Phylarchus fecit quarto libro Historiarum. Cui Democritus respondit: Constans hic tuus mos est, Ulpiane, ut de omnibus quae parata sunt nihil degustes, quin prius didiceris, utrum antiquus sit, nec ne, nominum usus. Quare verendum ne propter has tuas curas, quemadmodum Philetas Cous, cum in ratiocinationem inquireret quae *Mentiens* vocatur, similiter ut ille, macie consumaris. Nam propter illas quaestiones macie prorsus confectus ille periit; quemadmodum declarat inscriptio quae in illius monumento legitur:

Hospes! Philetas sum. Ratio, Mentiens quae dicitur, perdidit me, & curae vespertinae per noctes continuatae.

LXV. Ἵν' οὖν μὴ καὶ σὺ ζητῶν τὸν σύαγρον ἀφανανθῇς, μάθε, ὅτι Ἀντιφάνης μὲν ἐν Ἁρπαζομένῃ οὕτως ὠνόμασε·

Σύαγρος, aper.

Λαβὼν ἐπανάξω σύαγρον εἰς τὴν οἰκίαν f
τῆς νυκτὸς αὐτῆς, καὶ λέοντα, καὶ λύκον.

Διονύσιος δὲ ὁ τύραννος, ἐν τῷ Ἀδώνιδι· [1]

Νυμφῶν [2] ὑπὸ σπήλυγγα τὸν αὐτόστεγον
σύαγρον ἐκβόλειον [3] εὔθηρον κλύειν,
ᾧ [4] πλεῖστ' ἀπαρχὰς ἀκροθινιάζομαι.

Λυγκεὺς δ' ὁ Σάμιος ἐν τῇ πρὸς Ἀπολλόδωρον Ἐπιστολῇ γράφει οὕτως· „ἵνα τὰ μὲν αἴγεια τοῖς παισὶ, τὰ δὲ συάγρια μετὰ τῶν φίλων αὐτὸς ἔχῃς.“ καὶ a Ἱππόλοχος δὲ ὁ Μακεδὼν, οὗ ἐμνημονεύσαμεν ἐν τοῖς πρὸ τούτων, ἐν τῇ πρὸς τὸν προειρημένον Λυγκέα ἐπιστολῇ ἐμνήσθη συάγρων πολλῶν. Ἐπεὶ δὲ σὺ καὶ τὸ

1 Ἄδωνι edd. 2 Νυμφᾶν corrigit Fiorillo & dein τὰν αὐτόστεγον: tum verſ. ſq. δύειν pro κλύειν; & vs. 3. ὃν pro ᾧ. 3 ἐκβέλειον edd. 4 ᾧ ed. Ven. & Baſ. οὗ τὰ πλεῖστ' legebat Dalec. & verſu praeced. κλύω.

65. Ne igitur tu quoque, *ſyagrum* quaerens, inareſcas, diſce uſurpaſſe ſic Antiphanem in Raptâ:

Prehenſum reducam aprum (τὸν σύαγρον) *domum*
hac ipſa nocte, & leonem, lupumque.

Et Dionyſius rex, in Adonide:

Nympharum ſub antrum nativo fornice tectum,
σύαγρον . . . .
. . . . . *primitias Diis conſecro.*

Lynceus vero Samius in Epiſtolâ ad Apollodorum haec ſcribit: »ut caprinam carnem pro pueris, aprugnam vero tibi & amicis habeas.« Atque etiam Hippolochus Macedo, cuius mentionem in ſuperioribus fecimus, in Epiſtolâ ad praedictum Lynceum multorum aprorum meminit. Quoniam tu vero etiam illam tibi propoſitam

προβληθέν σοι ἀποπροσπεποίησαι περὶ τῆς χρόας τοῦ Καλυδωνίου συὸς, εἴ τις αὐτὸν ἱστορεῖ λευκὸν τὴν χρόαν γεγονότα, ἐροῦμεν ἡμεῖς τὸν εἰπόντα. τὸ δὲ μαρτύριον ἀνίχνευσον σύ. πάλαι γὰρ τυγχάνω ἀνεγνωκὼς τοὺς Κλεομένους τοῦ Ῥηγίνου διθυράμβους· ὧν ἐν τῷ ἐπι-
b γραφομένῳ Μελεάγρῳ τοῦτο ἱστόρηται. Οὐκ ἀγνοῶ δὲ, ὅτι οἱ περὶ τὴν Σικελίαν κατοικοῦντες ἀσχέδωρον καλοῦσι τὸν σύαγρον. Αἰσχύλος γοῦν ἐν Φορκίσι, παρεικάζων τὸν Περσέα τῷ ἀγρίῳ τούτῳ συΐ, φησίν·

'Ασχέδωρος, Sicula vox, Aeschylo usurpata.

Ἔδυ δ' ἐς ἄντρον ἀσχέδωρος ὥς. —

καὶ Σκίρας (εἷς δ' ἐστὶν οὗτος τῆς Ἰταλικῆς καλουμένης κωμῳδίας ποιητὴς, γένος Ταραντῖνος) ἐν Μελεάγρῳ [1] φησίν·

Ἔνθ' οὔτε ποιμὴν ἀξιοῖ νέμειν βοτὰ,
οὔτ' ἀσχέδωρος νεμόμενος καπρώζεται.

1 δέ φησιν edd.

quaeſtionem a te amandaſti, de colore Calydonii apri, an album fuiſſe tradiderit aliquis; nos auctorem qui id dixit declarabimus: ipſum vero teſtimonium tu inveſtiga. Nam plusculum effluxit temporis ex quo Cleomenis Rhegini Dithyrambos legeram: quorum in eo qui Meleager inſcribitur, id ipſum traditur. Nec vero ſum neſcius, a Siciliae incolis *aſchedorum* (ἀσχέδωρον) nominari aprum. Igitur Aeſchylus in Phorcidibus, apro comparans Perſeum, ait:

Subiit antrum, aſchedori ad inſtar.

Et Sciras (qui eſt unus ex Italicae, quae dicitur, Comoediae poëtis, genere Tarentinus) in Meleagro ait:

Ubi nec paſtor paſcere amat greges,
nec aſchedorus paſcens ſubat.

ὅτι δὲ Αἰσχύλος, διατρίψας ἐν Σικελίᾳ, πολλαῖς κέ- c
χρηται φωναῖς Σικελικαῖς, οὐδὲν θαυμαστόν.

LXVI. HOEDI. Περιεφέροντο καὶ ἜΡΙΦΟΙ πολλάκις, ποικίλως ἐσκευασμένοι· ἄλλοι δὲ [1] καὶ πολὺ [2] τοῦ ὀποῦ ἔχοντες, οἵτινες οὐ τὴν τυχοῦσαν ἡδονὴν παρεῖχον ἡμῖν. καὶ γὰρ τὸ τῆς αἰγὸς κρέας τροφιμώτατόν ἐστι. Κλειτόμαχος γοῦν ὁ Καρχηδόνιος, οὐδενὸς δεύτερος τῶν ἀπὸ τῆς νέας Ἀκαδημίας κατὰ τὴν θεωρίαν ὤν, Θηβαῖόν τινα ἀθλητὴν ὑπερβαλεῖν ἰσχύϊ φησὶ τοὺς καθ' ἑαυτὸν, κρέασιν αἰγείοις χρώμενον. εὔτονοι γὰρ καὶ γλί- d
σχροι χυμοὶ, καὶ πολὺν χρόνον ὑπομένειν ἐν τοῖς ὄγκοις δυνάμενοι. ἐσκώπτετο δὲ ὁ ἀθλητὴς, διὰ τὴν ἀπὸ τῶν ἱδρώτων δυσωδίαν. τὰ δ' ὕεια καὶ ἄρνεια κρέα, ἀδιαπόνητα ταῖς ἕξεσιν ὑπάρχοντα, [3] ῥᾷστα φθείρεται διὰ τὴν πιμελήν. Τὰ δὲ παρὰ τοῖς κωμῳδιοποιοῖς

1 Forſ. ἄλλοι τε, aut ἄλλως τε. 2 καὶ πολλοῦ τοῦ ὀποῦ vulgo. 3 ἕξεσιν ἐνυπάρχοντα legebam.

Aeſchylum vero nil mirum eſt Siculis multis uſum vocibus, quippe in Sicilia aliquamdiu verſatum.

66. Circumferebantur ſaepe etiam HOEDI, variâ atque variâ ratione parati: & ſubinde multo laſerpitio conditi, qui haud vulgarem nobis voluptatem adferebant. Nam & caprina caro validiſſimum praebet nutrimentum. Clitomachus quidem Carthaginienſis, nulli ex novae Academiae doctoribus doctrinâ ſecundus, Thebanum quemdam athletam, ait, omnibus aequalibus robore praeſtitiſſe, quod caprinâ carne veſci conſuevisſet. Gignit enim ea ſuccos firmos viſcidosque, & qui in corporis ſubſtantiâ diu queant permanere. Ridebatur vero idem athleta ob ſudoris graveolentiam. Suilla vero & agnina caro, cum non elaborata exercitationibus ineſt in corporibus, facile corrumpitur ob pinguedinem. Coenae vero, de quibus loquuntur comici poëtae, ſua-

λεγόμενα δεῖπνα, ἡδίστην ἀκοὴν παρέχει τοῖς ὠσὶ μᾶλλον, ἢ τῇ φάρυγγι. ὥσπερ τὰ παρὰ Ἀντιφάνει μὲν ἐν Ἀκεστρίᾳ·

A. Κρέα δὲ τίνος ἥδιστ' ἂν ἐσθίοις; B. Τίνος;
εἰς εὐτέλειαν. τῶν προβάτων μὲν, οἷς ἔνι
e μήτ' ἔρια, μήτε τυρός. ἀρνός· φίλτατε.
τῶν δ' αἰγέων [1] κατὰ ταὐτὰ, ἃ μὴ τυρὸν ποιεῖ· [2]
ἐρίφου. διὰ τὴν ἐπικαρπίαν γὰρ τῶν ἀδρῶν, [3]
ταῦτ' ἐσθίων τὰ φαυλότατ' [ἐγὼ] [4] ἀνέχομαι.

Ἐν δὲ Κύκλωπι φησί·

Τῶν χερσαίων δ' ὑμῖν ἥξει παρ' ἐμοῦ ταυτί·
βοῦς ἀγελαῖος, τράγος [5] ὑλιβάτης, [6] αἲξ οὐρανία, [7]
κριὸς τομίας, κάπρος ἐκτομίας, ὗς οὐ τομίας,
δέλφαξ, δασύπους, ἔριφοι, — — —

1 τῶν δὲ αἰγείων vulgo. 2 τυροποιεῖ edd. 3 ἀνδρῶν edd. 4 φαυλότατ' ἀνέχομαι edd. cum ms. *Ep.* φαῦλα ἀνεχ. ms. *A.* 5 ταῦρος ms. *Ep.* 6 ὑλιβάτας ed. Ven. & Baſ. ὑληβάτας ms. *Ep.* ὑλοβάτης malebam. 7 οὐριβότας corrigit Fiorillo.

viores ſunt ad aures, quam ad palatum. Verbi cauſſâ, illa apud Antiphanem, in Aceſtriâ. [*id eſt*, in Sartrice; *ſive*, in Medicâ.]

A. *Quasnam carnes libentiſſime tu comedas?* B. *Quasnam?*
Frugalis ſum. Ex ovibus, illarum veſcor carne, quibus
nec lana, nec lac eſt: agninam dico, vir amiciſſime.
Ex caprino genere ſimiliter earum pecudum, quae caſeum non praebent:
hoedorum dico. Nam propter fructum qui ex adultis capitur,
vilioribus hisce veſci non recuſo equidem.

In Cyclope vero ait:

E terreſtribus haec vobis aderunt, a me praebita:
bos gregalis, hircus ſylvivagus, capra coelum ſcandens,
aries exſectus, aper caſtratus, ſus non exſecta,
porcellus, lepus, cervi, — — —

τυρὸς χλωρὸς, τυρὸς ξηρὸς, τυρὸς κοπτὸς,
τυρὸς ξυστὸς, τυρὸς τμητὸς, τυρὸς πηκτός.

LXVII.

Coena apud Mnesimachum.

Μνησίμαχος δ' ἐν Ἱπποτρόφῳ τοιαῦτα παρασκευάζει·

Βαῖν' ἐκ θαλάμων κυπαρισσορόφων [1] f
ἔξω, Μάνη· στεῖχ' εἰς ἀγορὰν,
πρὸς τοὺς Ἑρμᾶς, οὗ προσφοιτῶσ'
οἱ φύλαρχοι, τούς τε μαθητὰς
τοὺς ὡραίους, οὓς ἀναβαίνειν
ἐπὶ τοὺς ἵππους μελετᾷ Φείδων [2]
καὶ καταβαίνειν. οἶσθ' οὓς φράζω;
Τούτοις τοίνυν ἄγγελλ', ὁτιὴ [3]
ψυχρὸν τοὖψον, τὸ ποτὸν θερμὸν,
ξηρὸν φύραμ', ἄρτοι ξηροί·
σπλάγχν' ὀπτᾶται χναῦ'· [4] ἥρπασται a

1 κυπαρισσοτρόφων vulgo. 2 Φίδων edd. cum ms. *A*. 3 ὅτι edd. 4 χαύνῳ edd. χναυω Ms.

caseus recens, caseus siccus, caseus tusus,
caseus rasus, caseus sectus, caseus coagulatus.

67. Mnesimachus vero, in Hippotropho, (*i. e.* Equos-alente) haecce adparat:

Prodi e thalamo cupressinis laqueato tabulis
foras, Manes! egredere in forum
ad Hermas illos, quo conveniunt
equitum tribuni, ad discipulosque
pulcros illos, quos conscendere
equos curat Phidon,
& descendere. Nosti quos dicam?
His ergo nuncia,
frigescere obsonia, potum calescere;
arescere massam, panes arescere:
viscera assari torrida: raptam

κρέας ἐξ ἅλμης, ἐξήρηται
τόμος ἀλλᾶντος, τόμος ἠνύστρου,
χορδῆς ἕτερος, Φύσκης ἕτερος·
διαλαιμοτομεῖθ' ὑπὸ τῶν ἔνδον·
κρατὴρ ἐξερροίβδητ' οἴνου·
πρόποσις χωρεῖ· λείπεται σκόρδαξ· [1]
ἀκολασταίνει νοῦς μειρακίων· [2]
πάντες [3] *δ' ἔνδον τὰ κάτωθεν ἄνω.*
Μέμνησ' [4] *ἃ λέγω· πρόσεχ' οἷς φράζω.*
    Χάσκεις *αὐτός;* [5]
Βλέψον *δεῦρ', εἴ πως αὐτὰ φράσεις.* [6]
αὐτίκ' ἐρῶ σοι πάλιν ἐξ ἀρχῆς.
Ἥκειν *ἤδη, καὶ μὴ μέλλειν·*
b *τῷ τε μαγείρῳ μὴ* [7] *λυμαίνεσθ'·*
ὡς τῶν ὄψων ἑφθῶν ὄντων,

1 χόρδαξ ms. *Ep.* 2 μειραχίου edd. μειράκιον Ms. 3 Ἀνπάντα? 4 μέμνηθ' edd. μέμνησθ' ms. *A.* 5 Forſ. οὗτος; 6 φράζεις ed. Ven. Baſ. Caſ. 1. φράζοις ed. Caſ. 2. 3. 7 μήτε λυμαιν. edd.

carnem e muria, direptumque
hillae fruſtum, fruſtum omaſi,
aliud chordae, aliud botuli:
gulam implere hos qui ſunt intus:
vini craterem iam dum exhauſtum:
procedere potum; ſupereſſe cordacem:
laſcivire animos adoleſcentium;
omniaque intus ſurſum deorſum.
Memento quae dixi; ad verba adtende.
    Stas ore hiante?
Huc ades! diſpice, dicere an poſſis.
Statim ab initio cuncta tibi repetam.
Iam veniendum, nec ceſſandum,
nec faciendam coquo iniuriam:
eſſe quippe elixa obſonia,

ὀπτῶν ὄντων, ψυχρῶν ὄντων,
καθ' ἕκαστα λέγων. βολβὸς, ἐλαία,
σκόροδον, καυλὸς, κολοκύντη, [1] ἔτνος,
θρίον, Φυλλάς· θύννου τεμάχη,
γλάνιδος, γαλεοῦ, ῥίνης, γόγγρου·
Φυξίκινος [2] ὅλος, κορακῖνος ὅλος,
μεμβρὰς, σκόμβρος, θυννὶς, κωβιὸς,
ἠλακατῖνος, [3] κυνὸς οὔραιον
τῶν καρχαριῶν, νάρκη, βάτραχος·
πέρκη, σαυρὸς, τριχίας, Φυκὶς,
βρίγχος, [4] τρίγλη, κόκκυξ, τρυγὼν,
σμύραινα, Φάγρος, μυλλὸς, λεβιὰς,
σπάρος, [5] αἰολίας, θράττα, χελιδὼν, c
καρὶς, τευθὶς, ψῆττα, δρακαινὶς,
πουλυποδάριον, [6] σηπία, ὀρφὼς,

1 κολοκύνθα ed. Caſ. κολοκύντα ed. Ven. & Baſ. 2 φυξίνικος Dalec. Sed neutrum verum videtur. 3 ἠλακατῆνες alibi. 4 βρίγχος alibi. 5 σκάρος hîc inſerunt ed. Ven. & Baſ. cum Msto. σκάρις ed. Caſ. 6 πολυπόδιον vulgo.

eſſe aſſa, eſſe frigida.
Singula recenſe. (Adeſt) *bulbus*, (adeſt) *oliva*,
allium, caulis, cucurbita, puls ex legumine,
thrium, herbulae, thynni fruſta,
glanidis, galei, ſquatinae, congri,
phyxicinus integer, coracinus integer,
membras, ſcomber, thynnis, gobius,
elacatinus, cauda canis
carchariae, torpedo, rana,
perca, lacertus, trichias, phycis,
brinchus, mullus, cuculus, turtur,
muraena, pager, myllus, lebias,
ſparus, aeolias, thratta, hirundo,
ſquilla, loligo, paſſer, dracaenis,
polypodarium, ſepia, orghus,

κάραβος, ἐσχάρος, ἀφύαι, βελόναι,
κεστρεὺς, σκορπίος, ἔγχελυς, ἄρτοι.
κρέα τἆλλα, τὸ πλῆθος ἀμύθητον·
χηνὸς, χοίρου, βοὸς, ἀρνὸς, οἰὸς,
κάπρου, αἰγὸς, ἀλεκτρυόνος, νήττης,
κίττης, πέρδικος, ἀλωπεκίου.
καὶ μετὰ δεῖπνον θαυμαστὸν ὅσ' ἐστ'
ἀγαθῶν πλήθη.
πᾶς δὲ κατ' οἴκους μάττει, πέττει,
τίλλει, κόπτει, τέμνει, εὕει,
χαίρει, παίζει, πηδᾷ, δειπνεῖ,
d πίνει, σκιρτᾷ, λορδοῖ, κεντεῖ,
βινεῖ. [1] σεμναὶ δ' αὐλῶν ἀγαναὶ [2]
φωναὶ, μολπὰ, κλαγγὰ, [3] θράττει,

1 κινεῖ ms. *Ep.* Fortaſſe & hoc verbum, & alia nonnulla deinde, perperam contextui illata ſunt, & aliter diſtribuendi erant verſus. 2 ἄγαν αἱ vulgo. 3 μολπᾷ, κλαγγᾷ, edd. μολπαὶ, κλαγγαὶ, corr. Caſ. In ms. *A.* inter lineas μολπὴ, κλαγγή.

locuſta, eſcharus, apuae, acus,
ceſtreus, ſcorpius, anguillae, panum varia genera.
Aliae carnes innumerabiles:
anſeris, porci, bovis, agni, ovis,
apri, caprae, galli, anatis,
picae, perdicis, vulpeculaeque.
Et poſt coenam mirum quantum
aderit bonorum.
Quisque in aedibus pinſit, coquit,
vellit, ferit, ſecat, uſtulat,
gaudet, ludit, ſaltat, comedit,
bibit, tripudiat, procumbit, pungit.
Suaves tibiarum magnificique
ſoni, cantus, clangores. . . .

νεῖται, πνεῖται, κούραν.[1] Κασίας
ἀπὸ γᾶς ἁγίας,[2] ἁλίας, Συρίας[3]
ὀσμὴ σεμνὴ μυκτῆρα δονεῖ
λιβάνου μακροῦ,[4] σμύρνης, καλάμου,
στύρακος καὶ βαρουλίνδου, κίνδου, μισθοῦ, μίνθου.[5]
τοιάδε δόμους ὁμίχλη κατέχει
πάντων ἀγαθῶν ἀνάμεστος.[6]

LXVIII. Ἐπὶ τούτοις λεγομένοις παρηνέχθη ἡ Ῥοδουντία καλουμένη λοπάς· περὶ ἧς ἐξετραγῴδησεν ὁ σοφὸς ἐκεῖνος μάγειρος, πρὶν καὶ ἐπιδεῖξαι ὅ τι φέρει. διεχλεύαζέ τε τοὺς πάνυ μαγείρους γενομένους, ὧν καὶ μνημονεύων ἔφη· τί τοιοῦτον ἐξεῦρεν ὁ παρὰ Ἀνθίππῳ τῷ κωμικῷ μάγειρος, ὃς[7] ἐν τῷ Ἐγκαλυπτομένῳ τοιάδε ὠγκώσατο·[8]

Rhoduntia patina.

